 ex amētia amantū. Epicuro tñ dignū. Soliuagū: nō i solo: sed  
 solū vagantē: soli aut sibi vident amātes dū sine amato. Per lu  
 fra: p̄ latibula aut latebras: ignota. s. hoib<sup>9</sup>: hoc ē inuitā. ænei.  
 iij. de Didone. Sempq; relinqui Sola sibi: sempq; longā inco  
 mitata videt. Ire viam & c. Id autem erat & est nunc huic futu  
 ræ mortis indicium.

Auerto  
 Auertor.  
 Auersor.

Orcus

Talia iactantem verbis conabar amicis.  
 Flectere: sed vulnus nihil insanabile curat.  
 Illum per campos nox in tempesta silentes  
 Illum exorta dies inter dumeta videbat  
 Insomnem semper: raro syluestria poma  
 Carpentem: & potu contentum simplicis vndæ  
 Post longos gemitus: exhaustaq; lumina fletu  
 Assiduo / post lamenta & conuulsa frequenti  
 Pectora singultu moriens finiuit amores.  
 Exanimū corpus tumuli sine honore relictum  
 Nocturnæ absumpserē feræ: volucresq; diurnæ.  
 Heu funesta lues: fatalis machina passim      Faust.  
 Corda venenatis penetrans humana sagittis  
 Aequiparans hominem pecudī: quæ pocula circe  
 Quæ peiora vnq; potuit dare philtia calypso:  
 Quæ styx: quis phlegeton: grauior: q̄ maior erynnis:  
 O stulti quicunq; deum dixistis amorem.  
 Num natura nocens deus est: vbicunq; locorum  
 Sit deus: est homini clemens: innoxius: æquus.  
 Heu miserande puer tenera sublate iuuenta:      Fort.  
 Quæ tibi nascenti luxerunt sydera: quæ tam  
 Noxia pars cæli est: vt te nil tale merentem  
 Leserit: & primis infortunarit ab annis:  
 Nec tamen omnino cælum tibi defuit omne  
 Carmen: & argutis quicquid modulamur auentis  
 Doctus eras nisi te mors immatura tulisset



Dignus eras hederis: dignus parnaside lauro.  
 Nec melius cecinit pugnas ac tristia bella  
 Hordea & agrorum cultus & pascua noſter  
 Tityrus a magno tantum dilectus alexi.  
 Nanq; tui præcox animi ſolertia nobis  
 Cognita iam pridem magnam producere frugem  
 Cœperat & ſpecimen tulerat virtutis & artis  
 Non vulgare tuæ: poteras iam gloria dici  
 Ruris: & ætatis decus indelebile noſtræ.  
 Te padus & noſter lugubri myncius ore  
 Cum nymphis fleure ſuis: vt thracius hebrus  
 Orphea: te triftes ouium fleure magiſtri:  
 Vt daphnim luxiſſe ferunt: te pascua & agri.  
 Vndiq; & audita eſt totis querimonia campis.  
 Spargite paſtores tumultū redolentibus herbis:  
 Atq; ſacerdotum cantus ac thura quotannis  
 Ducite: & æternā requiem cantare poetæ.  
 Tu tamē arua tenes patriæ melioris: & altum **Fau:**  
 Incolis elyſium: nos hic te flemus amynta.  
 Flendū hodie nobis fuerat: nā triftia nocte **Forr:**  
 Neſcio quæ mœſtis cernebā inſomnia formis  
 Sed iam veſper a deſt: & ſol ſe in nube recondens  
 Dum cadit agricolis vicinos nunciat imbres.  
 Cogere & ad caulas pecudes conuertere tempus.  
**T**alia iactantē Fortunati eſt in ſua pſona loquentis: & in  
 pietatē: atq; amētīā amyntæ damnātis. Aenei. i. Talia iactanti  
 &c. Verbis amicis i. quæ amicos deceat, eſt cū amicus a. um.



adiectiuū. vñ amior amicissimus legunt. Conabar id vere:  
quia sine effectu conamur. Sed vulnus. i. sed nihil. i. nulla res  
curat. i. conigat vuln<sup>9</sup> insanabile. Nullū tñ est in moribus tale  
añ sup̄ma fata. Aut vulnus insanabile nihil. i. nihili curat v̄ba.  
Inter dumeta: vbi dumī & vepres crescūt. Insomnē. i. nullum  
fomnū admittēdū: qđ misere amantiū est. ænci. iiii. At nō in-  
fœlix animi phœnissa: nec vnq̄ Soluī in fomnos oculisue aut  
pectore noctē Accipit. Syluestria poma in syluis nascentia. Ex  
haustaq̄ lumīa. i. oculos exhaustos. Moriens finiuit amores.  
Vñ & comigat. Hanc nisi mors mihi adimet nemo. Dixit tñ  
Maro. Curæ nō ip̄a ī morte relinquūt. Sine honore tumuli. i.  
insepultū. Fatalis machina: alludit ad equū troianū. de q̄ Ma-  
ro ænei. ij. Scandit fata machina muros. Fatalis igit machina  
id est instrumentū ad exitū fatale ducens. Equiparās hoīem  
pecudi. Vñ fictæ sunt transformatiōes q̄s circe ī socios vlyxis  
exercuit. Pfa. Hō cū eēt in honore non intellexit &c. Philtra. i.  
amatoria pocula ad amorē inducentia. Circe autē et calypso ex  
odyssea homerica notissimæ sunt: ad q̄s vlyxes appulsus dī.  
De circe quidē sōp̄ filia ad principiū septimi Aenei. pfa videbis  
Calypso autē autore Hesiodo oceanī: aut tethyos aut hōmero  
iudice atlantis filia insulā a se denoiatā ī mari ionio tenuit. ad  
quā vlyxes vt a Circe discesserat naufragus puenit: & amato-  
rio illectus septē annos pmāsit: vixq̄ diuelli potuit. Philtra au-  
tem dicūt: quia philos amator dī. pocula aut carmīa aut alia  
ad amorē inducētia. Quē styx īfernalis palus a tristitia dicta.  
Phlegeton fluuī<sup>9</sup> ab ardore denoiatus. Erynis dī furia. Num  
. i. nunqđ natura nocēs: Phisice hoc dicit. Nā virtutes natura-  
les deos dicebant. Vñ Pli. li. ij. natu. hysto. Fragilis & laborio-  
sa mortalitas in partes ista: digessit: fragilitatis suę memor: vt  
portionibus quisq̄ coleret: quē maxime indigeret &c. Vim ḡ  
amoris cupidinē genere masculino: quia deū dīcebāt. Quē ti-  
bi nascenti luxerūt sydera. Iteq̄ fatale putat: vide vbi de fato lo-  
cuti sumus. Cælū defuit. i. benigna influētia cæli. Doctus eras  
quēuis ḡ sui tempis doctū deslet: secutus Maronē in Daphni-  
de. Mors immatura. i. añ maturitatē veniens. Id em̄ dī immat-  
urū qđ nondū est maturū. Præcox autē qđ añ tēpus maturū  
quali præcoctū & p̄coquū. Illud autē (ingr̄ Quintilianus) præ-  
cox ingenū haud temere ad frugem puenit: quia p̄coci igenio  
prædiu: aut cito moriuntur: aut studia deferunt. Dignus eras.

Calypso.

Philtra

Styx

Phlegeton

Maturum.  
Præcox.



hederis quibus cor onant poetæ: eo q̄ sunt in tutela liberi p̄ris qui eis coronat⁹ ex india redijt. Hora. Me doctar̄ hederę p̄mia Hedere. frontiũ dñs miscet superis. Perfius: quorũ imagines lambũt hedere seq̄ces. Iuue. Vt dignus venias hederis & imagine ma- cra. Virg. in buc. Atq̄ hanc sine t̄pa circũ. Inter vit̄rices hede- ram tibi serpere lauros. Et iter̄. hedera crescentē ornate poetā.

**D**ignus parnaside lauro. i. in parnaso mōte phocidis boe Parnafus  
ciam v̄sus: musis et apollini sacro nascēte: Est ḡ p̄nasis patro Parnafis:  
nymicũ a patria sumptũ: sed hic p̄ noīe patrio ponit̄ quasi sit  
parnastica. Nec melius cecinit pugnas: vt in ænei. Et agroz̄ cul-  
tus: vt ī geor. Et pascua. i. pastores: vt in buc. Nam etiā pascua  
in geor. dicit: noster. i. n̄as: hoc est Mantuan⁹ tityrus. i. Virgī-  
lius p̄ se p̄ tityrũ ī priō buco. carmīe significauit. a magno ale-  
xi. i. augusto. Precox solertia: q̄a añ barbā. Et specimē tuleras  
;f. p̄re te. aut abstuleras specimen. i. ornamentũ. Non vulgare  
.i. egregiũ. Cũ nymphis fleure: sic maro de Daphnide in da-  
phnide: vt thracius hebrus. f. fluui⁹: orphea. f. fleuit: v. iij. ge-  
orgi. innuit poeta: Vt daphnin. de q̄ ī buc. Vir. latei. Spargite  
pastores: sic in daphnide. Spargite humũ folijs: inducite fontē  
bus vmbras. pastores: mādāt sibi fieri talia daphnis. Et tumu-  
lum facite. Et hęc p̄ epicedio sunt: qd̄ canit̄ añ inhumationē.  
Sequētia epitaphij: qd̄ post inhumationē canit̄ vicē hñt. Tu  
tñ arua tenes. hoc quidē videt̄: minus quadrare superioribus.  
Nā cũ furor & amētia atq̄ īpietas in supos: & vilipētio legũ  
in amynta dixerit: & ita mortuũ: nec penituisse significauerit:  
nō videt̄ cōgrue dicere: et altũ īcolis elisiũ. i. paradisiũ: Sed pur-  
gari pōt tum q̄ a pastoribus hęc dicũt. tũ q̄ asserēdo elisiũ in-  
colere tacite pœnitentiā egisse significat. Cernebā īsonnia. fan-  
tasmata nocturna: q̄si futurę lachrymatiōis p̄gnostica. idq̄ ex  
supstitiōe rustica. Vicinos nūciat imbres. Virg. geor. i. Sol q̄s  
& exoriens: & quũ se condat in vndas Signa dabit: solē certũ  
sima signa sequentē &c. Sed illic de ortu dicit qd̄ hic de occasu.  
Addit em̄. Ille vbi nascentē maculis violauerit ortũ Conditus  
in nubē: medioq̄ refulserit orbe: Suspecti tibi sint imbres. Co-  
gere & ad caulas. i. ouilia. Virg. in sileno. Cogere donec oues  
stabilis: n̄erũq̄ referre Iussit. Tempus cogere p̄ cogendi gre-  
ca locutio. vt Et iam tempus equũ fumantia soluere colla.

Aegloga. III. quę dicitur Alphus de natura mus-  
lierum. Colloquutores Alphus & Iannus.

F Baptista Mantuani.

**I** Anne caper (video) macer ē tuus eē solebat Alph:  
 Acer: & elatis in cœlum cornibus ire.  
 Nunc deiectus humi flaccis piger auribus herbam  
 Olfacit: & summis attingit gramina labris  
 Languet: & ex isto languore facetia surgit:  
 Quæ quotiēs memini: risum ciet: edita nōdū est.  
 Edita cum fuerit: totus mirabitur orbis:  
 Ianne soles narrare sales lepidissime: & ore Alphus  
 Suauiloquo. dic ergo tuus cur langueat hircus  
 Res non ficta (deus testis) sed facta recenter. Ian  
 At dulce id facinus non est narrabile gratis.  
 Quid precij sperare licet: quæ dona reporto:  
 Ianne ubi cōgescit nidos philomena / docebo. Alph<sup>9</sup>  
 Qui leuiter spondet: promisso eludit inani Ian  
 Qui nō credit inops fidei: sed pignore tutū Alphus  
 Te faciam: duo tela mea deprome pharetra.

**I** Anne caper. Principiū huius ægloge ex macie capri ca  
 ptat occasionē facere narratiōis. de pastore mercenari  
 o qui captus amore puellę i foueā feris positā icidit: ubi  
 iustus & a vicinis rusticis extractus furorē amoris nō destituit  
 occasiōe cuius graphice mulierū ingenia describuntur. Macer ē  
 qui solebat esse acer & elatis &c. Vnde quod i ecyra de hoibus  
 dicitur etiā qbusdā beluis cōpetit. Profecto hoc sic est vt puto  
 oibus nobis vt res dant sese: ita magni atq; humiles sumus. flac  
 cis Auribus. i. auriculis laxis & pēdētibus. quia mollibus. Her  
 bā olfacit. id morbi idiciū est. Risum ciet. i. excitat a cico secūde  
 est em̄ presentis tps. Totus mirabitur orbis. Rustica iactantia  
 & garrulitate hoc dicit. Nā si ex persona poetæ dicatur vere il  
 li dici posset. Parturiūt montes: nascetur ridiculus mus. Quid  
 enī mirū si rusticus imprudens in foueā cecidit: Ianne soles nar



rare sales id est non infulsos apologos. Vbi congeffit latinius  
maro. Nāq; notauit Ipse locum aeræ quo cōgeffere palumbes  
Nam quæ ferre aut tendere ad locum significāt: vt cōuenio/cō  
fluo/congero aduerbiū ad locum desiderāt & non in loco. Po  
test tamen dici Vbi congeffit id est cōcinnauit & cōstruxit post  
q̄ allata fuit materies. Qui leuiter spondet. prouerbiale est. nā  
fere vsu venit vt qui cito promittunt difficulter promissa exhi  
beant; & ecōuerso. Qui nō credit. Alio deuerbio ex arte rieto  
rica responder. Qui nō credit inops est fidei. quia qualis quisq;  
est: talē iudicat quēlibet. & ita qui fidus nō ē neminē fidū existi  
mat. Deprome id ē exime. duo tela id est duo spicula aut duas  
sagittas: quæ sunt pastoribus apta. Virgilius. cum daphnidis  
arcū fregisti & calamos.

Incipiam. nymphæ parnasides ora mouete. Iañ

Et memorate mei dira infortunia capri.

Ac philomeneos alphi concedite nidos.

Conductus mercede puer præfectus ouili

Assidue pascebat oues/caprum atq; capellas.

Seruitium nobis pueri fuit vtile: donec

Virgine cōspecta quæ tum huc veniebat aquatū

Tabuit. ex illo vecors iam tempore factus

Frigidius curare gregem contēnere caulas

Cœpit; & exhausto subuertere cuncta cerebro

Cum sopitus erat: poterat vigilasse/videri.

Nugabatur enim: quando vigilabat/inerti

Corporis officio: soluebat somnia mente.

Hunc ergo in saltu ludens per cornua caprum

Viminibus validis inter dumeta ligarat:

Quarta dies hodie: tentans an vincula possit

Vincere ceruice ac præduræ robore frontis.

F Baptista Mantuani.

Questum interea nidos nemus omne pererrat  
 Corda subit virgo: dilecta recogitat ora:  
 Ora: sinus: & que fari pudor: omnia voluit:  
 Lux fugit interea: capri redit immemor: alta  
 Nocte: recordatus surgit: pavidusq; per umbras  
 Dum graditur: ruit in foueam: que fronde saligna.  
 Captandis obducta feris & stramine sicco  
 Instar erat putei fundo irremeabilis alto.  
 Est caper in vinculis. puer est in carcere. pastor  
 Nullus oues curat. iam tertia luxerat hora.  
 Miror: oues refero / ac numero: caprumq; requirens.  
 Obstupro: puerum clamo: magalia lustro.  
 Vera loquar magicis: ne forte liquorib; vnctus  
 Extimui ascenso migrasset in aera capro:  
 Namq; striges tali fama est ope: nocte vagantes  
 Ad quedam longinqua procul conuicia ferri.  
 Attonitus tandem pecudes ad pascua ducor  
 Dumq; pedum meditans sub eo nemus: ecce p umbras  
 Ecce procul caper in dumis strepit: atq; reluctans  
 Cornibus aduersis contra sua vincula pugnat.  
 ¶ Incipiam) Sic ænei. ij. Incipiã. Fracti bello. Nymphę par-  
 nasides. i. musę parnasũ frequẽtare solitę. Ora mouete. Virg.  
 Pandite nũc heliconę deę: cantusq; mouete. Sed quia precipitur  
 ab Hora. i arte. Nec deus interfit nisi dign? vindice nodus inci-  
 derit: videbit quibusdã nõ apta inuocatio: quia nõ debet deus  
 inuocari aut induci difficultatẽ dissoluisse: nisi res tanta sit: ut  
 opibus hũanis sciri aut geri nequeat. Verę poetę aliqñ ridicule  
 aliqñ iuxta estimationẽ inuocatis inuocationẽ faciunt. Vñ Lu-  
 uenalis descripturus rumbũ dicit sary. iij. Incipe caliope: licet



hic confidere nō est cantādū: res vera agit: narrate puellę pieri  
 des: profit mihi vos dixisse puellas. Hoc autē ridicule dicit. hic  
 vero loquit rusticus: cui quā dīcturus ē res summā difficulta-  
 tem habere vīsa est. Vñ prius dixit: totus mirabī orbis: Phi-  
 lomenos q̄s philomena congeffit. Conductus ḡ mercēnari⁹  
 Seruitū igit. i. famulat⁹. Tabuit. i. lenta rabe exhaustus ē. **Vecors**  
 cors. i. prauī aut pueri cordis. frigidius. i. negligētius: sicut in  
 re diligenti dicit p̄ contrariū Maro. Feruet opus: exhausto ce-  
 rebro nimia sollicitudine effoeto: Cum sopitus. i. somno ob-  
 rutus erat. Poterat videri esse vigil nugabat enim. i. secū inani-  
 ter loquebat. Hora. Nescio quid meditās nugari: **Nugari**  
 gari solitos. Ludens. i. ad ludū: vt curā animi p̄meret. In salu-  
 in pascuis vbi pecudes salūt. tentans. i. periculū faciēs. Que-  
 situm p̄errat. i. pererrando it quæsitū. Nō em̄ construit prius  
 supinum sine motu saltē latente. Et que fari pudor: supple est:  
 id est gremiū: & intra gremiū pudenda. Fronte saligna. i. salu-  
 cum solis Obducta. i. obstructa in supficie: caprādis feris. i. ad  
 captandas feras. Iam tertia luxerat hora. s. posterioris diei. Re-  
 seco recenseo aut separo. Magalia. i. casae & turgia. Stryges: **Magalia.**  
 sortilegæ & magicis vtentes. Ad quēdā longinqua. Id em̄ sibi  
 persuadent: demonibus illusæ. Ecce: q; d. præter spem.

**Terruit incautum subito feralis imago:**

**Et nī tale ratum firmato pectore tandem.**

**Nosco animal; subientq; rubos seco vincula runca.**

**Sero domum rediens; video per pascua longe**

**Turbam exultantem risu iuueniliter alto.**

**Vt prope constitimus; meq; agnouere salutant;**

**Et tuus ecce aiunt; puer hic o iane suporum**

**Ertus e foueis; dum nocte perambulat agros**

**Incidit in casses; & sic inuentus vterq;**

**Et caper & pastor; caper hęc incommoda passus**

**Languet adhuc; puer imprudēs insanior hirco est.**

**Virgo superbiuit mox; vt se audiuit amari;**

F. Baptista Mantuani.

Et pueri simulans curam ignorare: pudorem  
 Fingit: vt ad formam faciat pudor: ora sinumq;  
 Ornat: & in terram versis incedit ocellis  
 Callida vulpina rem simplicitate gubernat.  
 Hæc studia: hi casses: hæc sunt mulieribus arma.  
 Ille sua sperans galathæa aliquando potiri  
 Contempta mercede suos sectatur amores  
 Propterea plaustro stiua bobusq; relictis  
 Ad pastoris opus redeo: subiecta furori  
 Ista iuuentutis leuitas rura omnia vexat.

Fera

¶ Terruit incautū. Rem prosequitur. Feralis. i. terribilis vt fera, id est mors. Nam si dicatur imago feralis. i. ipsius feræ non videtur ratio carminis stare. Nā fera primā corripit: feralis, producit. ænei. iiii. Solaq; culminibus ferali carminē bubo. Incautum & nil tale ratum. Firmato pectore tādē nosco animal. scilicet vbi propius accesserat. Seco. i. abrumpo vincula quibus in venibus alligatus erat. Incidit i casses: in foueā: in laqueos: Oui. Incidit in casses præda petita meos. Virgo subiuit. principium principalis narratiōis. Et pueri simulans curam ignorare. Nō simulans curā: sed simulans se ignorare curam scilicet amorū. Nam simulamus id quod non est esse: dissimulamus id quod est nō esse. Pudorē fingit. i. simulat & fallaciter præ se fert. Ora sinūq;: in quibus muliebris species. In terram versis Id enim pudicas decet. Vnde ænei. i. Tum breuiter dido vultum demissa pfatur. Hæc sunt mulieribus arma. mulieribus natura antepultimā corripit: sed necessitate producit. Luc. Si qua deum soboles: si qua est mulieris origo. Sua galathæa. puella lactea: sed rustica. Vnde maro. Namq; fatebar enim dum me galathæa tenebat Nec spes libertatis erat: nec cura peculi. Contempta mercede. s. quā a Ianno acceperat. Ista. i. vilis: leuitas. i. incōstantia propter amores & leues mores.

Simulare  
 Dissimulare

Quod nequitigeniū casus facit: o stupor o fors Alph.



Ingeniosa: o res risu celebranda bimestri  
 Ianne fides seruanda: tibi philomena laborat,  
 Sed quod tam vafro memoras de virginis astu  
 Retulit in mentē: quæ psallere sæpe solebat  
 Carmina fæmineis olim de fraudibus vmbri,  
 Dic vmbri dic si quid habes, meditare parūper Iañ  
 Et verba & numeros, vmbri est memorabile carmen,  
 Est vt ais: sed nō gratis: memorabile carmen: Alph.  
 Quas referes grates? & quid mercedis habebor?  
 Accipe: promissis absoluo: & spicula reddo: Iañ  
 Dū vado ad ventrē post hæc carecta leuādū, Alph.  
 Ianne meū tu coge pegasus: ne vitibus obsit,  
 O aries aries qui tortis cornibus atrum Iannus  
 Dæmona præsentas: semper vincta subintras,  
 Non sapiens donec fossa tibi lumina fronte  
 Eruero, non sunt porrecta in iugera centum  
 Pascua sat, nisi pampineos populeris & agros?

**Q**uod nequit ingeniū casus facit. Interloquitur Alphus ne  
 vnus sermo fastidio sit. Sensus autē est multa que p. ingeniū ex  
 cogitare nequeas casui i. mētē veniūt. Risu bimestri. i. duos mē  
 ses durante. Tibi philomena laborat. i. nidificat. Vnde Maro.  
 Sic vos nō vobis nidificatis aues. Fæmineis de fraudib⁹ vmbri  
 homo ex vmbria: sunt q̄ antoniū cāpanū itelligāt. Dic vmbri  
 Ordo ē dic: dic inquā si qd habes vmbri. i. de vmbro aut de car  
 minibus eius. Virg. Quin age si quid habes: in me mora non  
 erit vlla. Et iterū. Si quos aut phillidis ignes aut alconis habes  
 laudes aut iurgia codri. Meditare: exerce expire. Vir. Siluestrē  
 tenui musam meditaris auena. Et v̄ba & numeros. Idē Nūeros  
 memi si v̄ba tenerē. Nō gratis. i. nō sine mercede. Promissis. f.  
 palūbinis pullis. & spicula. i. sagittas. Dū vado ad ventrē &c.

F.            **Baptistæ Mantuant.**

hoc pfecto nimis rustice: tam & ipsi rustico cōgruit: facit poeta ad exprimendū morē rusticū. Tu coge. i. compelle in vnū: ne diuaget. Virgi. Tityre coge pecus: Ne vitibus obsit. depascendo pampinos: aut vvas decutiendo. O aries aries. Allocutio rustica ad pecus. sic Maro ad arbores. Et uos o lauri carpā & te p̄xima myrte. Sic posite qm̄ suaues miscetis odores. Nō abijctur aut nec corripit o qa vox monosyllaba in principio carminis posita. Atrum dæmona. i. spiritū male callidū: q̄ cū pingi vere nō potest: cornutus tñ pingit: Non sapiens. i. non eris sapiens & fugitās malorū donec ego eruero tibi lumina: id est oculos. & hoc fronte fossa: i. pforata & excauata euulsis oculis. populeris: id est depræderis spolies. & id est etiā agros pampineos: id est vineas in quibus vites sunt: quarū frondē pampinos vocamus. dicit etiam populo. Virg. ænei. Nō nos aut lybicos ferro populare penates. Venimus &c.

Ianne recordatus redeo: sed plurima forsan    **Alph.**  
 Nondum nota tibi referam: cognouerat v̄mber  
 Omnia: quę fas est homini prædiscere / cælos:  
 Sydera / tellurem / ventos / mare / flumina / fontes:  
 Vidērat & rhodopen: atq; alta ceraunia: & ossam  
 Gallica regna / ararim / rhodanū / tyberimq; padūq;  
 Attica romanis referebat carmina verbis  
 Ore vtroq; potens: & lingua primus vtraq;  
 Hunc vnum nobis inuidit græcia: & ipsi  
 Archades: & thracum saltus: & thesala tempe  
 Si quid erit quod forte velis tibi notius esse:  
 Candidus illius semper documenta sequutus  
 Non procul hinc. hęc ille tenet: nos ille docebit:  
 Sed iam septiforem flatu experiamur auenam.  
 Ante tamē nymphę precor vt libet rides adsint.  
 Præsertim quę plus meminisse polymnia fertur.



**I**anne &c. Purgata aluo redit ad narrationē Viderat & rho  
 dopen. i. thraciā vbi rhodope mons est: atq; alta ceraunia. mō  
 tes epiri a fulminibus dictos. & ossam mōtē thessaliæ. Ararim  
 q̄ a lugdunēsis nūc sagona dicit. vterq; aut tam arar seu ara  
 ris q̄ rhodanus lugdunū cōfluit. ad cuius cōfluentē erat oli il  
 la ara, de qua luue. Aut lugdunēsem rhetor diciturus ad aram.  
 Tyberim fluiū heturigē q̄ romā p̄fluit. Padū fluiorū regem  
 in italia in mare adriaticū ex alpibus inferioribus incidētē Vñ  
 Homerus etidanū q̄ & padus dicit ex inferis ad superos tēdere  
 dicit. Attica. i. græca & potissimū attica. quia attica lingua e q̄n  
 q; grecorū liguis cultissima est. romanis. i. latinis verbis. Nam  
 aliter ea nō intellexisset rusticus. Ore vtroq; & greco sermone &  
 latino. & primus. i. pitissimus vtraq; lingua. Hūc vnū nobis  
 iuidit græcia. i. iuide nobis esse cōspexit. cū similit non haberet.  
 quod in vita antonij cāpani etiā de turchis cōmemorat. & ipsi  
 archades. ip̄i emphasim habet. q. d. peritissimi musici. & cātare  
 pares & rñdere parati. & thracū saltus vbi Orpheus amphion  
 aliq; cōplures v̄fati sūt vates. & tempe. i. amenissima loca thes  
 salia: in quibus etiā musicus chorus versatus est. Candidus il  
 lius &c. Per candidū credā poetā intelligi: cuius exterior vestis  
 vt carmelitis ceteris: & mens fere candida est. hæc. i. documēta  
 vmbri. Sed iam septiforē. i. septē foramina habentē. Virgi. Est  
 mihi disparibus septē cōpacta cicutis Fistula. Libetrides nym  
 phæ. i. musæ: aut libethrū locū quendā. in thracia aut libethrū  
 fontē in magnasia regione thessaliæ adiūcta incolentes. Maro.  
 Nympe noster amor libethrides &c. Præsertim que plus sub  
 audi cæteris alioqui dixisset plurimū. polymnia .i. mul  
 tū & mnia. i. memoria. dicit etiā polyhymnia. i. mul  
 torū hymnorū seu laudum. Hora. Nec polyhymnia Lesbouz  
 refugit tendere barbyton.

Tempe

Libetrides

Polymnia

Fœmineū seruire genus / crudele / superbum /

Mulierum  
incōmoda

Lege / modo / ratione caret; confinia recti

Negligit; extremis gaudet; facit omnia voto

Præcipiti. vel lenta iacet; vel concita currit.

Fœmina. semper hyems atq; intractabile frigus

f

F - Baptista Mantuani.

Aut canis ardentis contristat sydere terras  
 Temperiem nunq̄: nunq̄ mediocria curat.  
 Velte ardentem amat: vel te capitaliter odit.  
 Si grauis est: mœret toruo nimis hernica vultu.  
 Si studeat comis fieri grauitate remissa  
 Fit leuis, erumpit blando lasciua risu:  
 Et lepor in molli radiat meretricius ore.  
 Flet/ridet/sapit/insanit/formidet & audet.  
 Vult/non vult/secumq; sibi contraria pugnat.  
 Mobilis/inconstans/vaga/garrula/vana/bilinguis/  
 Imperiosa/minax/indignabunda/cruenta/  
 Improbatauara/rapax/querula/iuida/credula/mœdax  
 Impatiens/onerosa/bibax/temeraria/mordax/  
 Ambitiosa/leuis/maga/lena/superstitiosa/  
 Desidiosa/vorax/ganex studiosa/palatum  
 Docta/salax/petulans/& dedita mollitiei.  
 Dedita blandicijs/curandæ dedita foermæ.  
 Iræ odijq; tenax: in idonea tempora differt  
 Vlciscendi animos/infida/ingrata/maligna  
 Impetuosa/audax/fera/litigiosa/rebellis  
 Exprobrat: excusat tragica sua crimina voce.  
 Murmurat/accendit rixas/nil foedera pendit:  
 Ridet amicitias: curat sua commoda tantum.  
 Ludit: adulatur: defert: sale mordet amaro.  
 Seminat in vulgus nugas: auditaq; lingua  
 Auget: & ex humili tumulo producet olympum.



Diffimulat: simulat doctissima fingere causas.

Ordinēq; dolos: fraudiq; accommodat ora:

Ora omnes facili casus imitantia motu

**F**emineū seruire genus. Multa in muliebrē sexum supciliose dicuntur: quæ omnia in malas dici possunt: sed rarissime sunt bonæ secundū Lucilium qui dicit. Heu facul est homini inuētu bona fœmina nuscq;. vbi facul pro facile antique dixit. Et Sufarion megarēsis antiquæ comedie præceps. Audite populus. Sufarion hæc dicit filius philini megarēsis tripodiscius. Malū sūt mulieres: sed tamē o populares nō adest inuenire domum sine malo. Multa tamē etiā in sanctis litteris in bonarū cōmendationem dicunt. Sed mulierē fortem quis inueniet: Modo. i. moderatidē. de qua Hora. ser. primo. Est modus in rebus sunt certi deniq; fines. Quos vltra citraq; nequit cōsistere rectū. Extremis gaudet. quæ ambo mala sunt: quia vni virtuti duo vitia opponunt alterū per abundantia: alterū per defectū peccās. Aut canis. i. canicula aut syrius. Odit pteriti est vocis & ita pducit. Hernica Nec reperias apud idoneos odio nisi semel apud ciceronē odias. Nūmis hernica. i. aspera vt hernici montes in italia asprimi. Grauitate remissa fit leuis. quia Dum vitant stulti vitia in contraria currunt. Ducit em̄ i vitium vitij fuga si caret arte. Lepor meretricius. i. suauiloquiū & blandicie meretricibus digne. Sibi cōtraria. i. incōstās. Vnde addit: Mobilis incōstās. Aenei. iij. Variū & mutabile semp fœmina. Imperiosa. i. affectatrix i perij. Indignabūda: fastidiēs frequēter. Cruenta: cruoris & sanguinis appetēs: & maxime vt Iuue. docet vindicte. Improbata. i. improbāda. Auara: quia rapax: sed tamen inutiliter expendit. Iuue. Prodigia nō sentit pereuntē fœmina censum. Ac velut exhausta rediuiuus pullulet arca Nūmus: & e pleno semp tollat aceruo. Nō vnq; reputat quāti sua gaudia consistēt. Rapax q; vt expēdat. querula: quia vt dicit Iuue. Aut odit pueros aut ficta pellice plorat. Maga. i. sortilega magicæ arti intendēs: vt Iuue. in dicta sexta docet: hic magicos affert cantus: hic thesaliavendit Philtra: quibus valeāt mentē vexare mariti. Lena etiā filiarū venditrix. Iuue. Scilicet expectas vt tradat m̄ honestos aut alios mores q; quos habet: vtile porro. Filiolā turpi vetulę p

ducere turpem. Supstitiosa. quod idē Iuue. in sexta docet: vt ce-  
tera fere que hic habentur. ganæ sic & alij christiani poete. sed  
ganeo primā pducit. Satyricus. Occultas ganeo pultes. Pala-  
tum docta. i. delicata. falax. i. luxuriosa. Tragica voce. i. quali  
vtuntur tragici dū infortunia regum lamētant. Litigiosa: quia  
nulla fere causa est in qua nō fœmina litē Mouerit. Nil. i. nihili  
pendit fœdera. Ludit. i. illudit. Adula: defert. i. clam defamat  
& crimē occultū pādit. Sale amaro. i. falsa & callida reprehē-  
sione. Seminat. i. dispigit in vulgus nugas. i. res friuolas. Ex hu-  
mili tumulo pducet olympū. i. nil sibi nō pmittit posse effice-  
re. Ora omēs: ordo: accōmodat inquā ora imitātia facili motu  
omnes casus. i. euēta omnia. hoc est scit se accōmodare rebus: &  
ridere cum ridētibus: & flere cum flentibus: imo iterdū vtrūq;  
simul.

Non potes insidias euadere: non potes astum

Vincere: tantæ artes solertia tanta nocendi

Et quæ videas oculis præsentibus audet

Excusare nefas. potis est eludere sensus

Sedulitate animi: nihil est quod credere possis

Et nihil est quod nō: si vult te credere cogat

His facient exempla fidem: quæ crimina non sunt

Fœminea tentata manu: dedit hostibus arcem

Decepta ornatu brachi tarpeia sinistra.

Sæuijt in natos manibus medea cruentis.

Tindaris agæas onerauit nauibus vndas.

Scylla hostem sequitur patri furata capillum.

Fratrē biblis amat: subicit se myrrha parenti.

Concubitus nati longæua semiramis ardet. i

Causa necis vati coniunx fuit amphiarao.

Occidere viros nocturnis bellides armis. i

Orphea mēbratim cicones secuere poetam.



Cognita luxuriæ petulantia pasiphaeæ  
 Phedra pudiciam contra crudeliter ausa est.  
 Decæpit iudea virum rebecca; suamq;  
 Progeniem velans hircino guttura tergo.  
 Porrigit alcide coniunx fatale venenum.  
 Decipit hispodame patrem; lauinia troes  
 Implcat ancipiti bello, briseis achillem  
 Depulit e castris demens chrisæide factus  
 Fulminat atrides; & sentit appollinis iras.  
 Eua genus nostrum foelicibus expulit aruis.

¶ Non potes. Eandē rem prosequitur. Astū. i. astutiā. Nihil ē quod credere possis. Quia & q̄q; videas oculis &c. Iuue. Nihil est audacius illis Deprensas iram atq; animos a crimine sumunt. Quæ crimina nō sunt fœminea tētata manu. q. d. Nulla nō sunt & ita oīa sunt. Tarpeia virgo vt armillas quas in brachijs galloꝝ vidit haberet tradidit illis arcem capitolinā. vnde armis brachioꝝ obruta interijt. Dicit̄ aut̄ hic brachi p brachi quia aliter versus nō staret. Sæuit in natos. Virg. Sæuus amor docuit natorū sanguine matrē Cōmaculate manus. Nam medea ab iafone spreta omnes cōmunes libros preter thessalū trucidauit. Tindaris. i. helena tindari vt putabat filia a paride rapta aut ip̄m secuta mille carinis a græcis repetita est. Scylla nisi megarenstū regis filia absisso purpureo capillo quē pater factatū habuit ad minoa bōstē ptulit. Biblis vt Oui. meta. ix. docet exarsit amore Cauni fratris a quo spreta in fontē sui nominis cōuersa est. Subicit se myrrha parēti. f. cynatæ de quo li. x. meta. quæ etiā in myrrhā arborē illic cōuersa dicit̄. Est autē in verbo subicit sincopa. Nam si vt debet subijcit scriberet̄ eēt positio breuis. Fecerūt tamē id aliq̄ quoq;. Semiramis regīa babyloniæ & regni assyriorū moderatrix exarsit amore Nini filij; quē se diu simulauerat: vt Iusti. docet lib. i. Causa necis vati cōiunx fuit scilicet eriphile: de qua in thebaide Stacij multa leguntur. Belides beli nepres filiæ danai fratris ægypti regis. quæ quinquaginta nupserūt totidē patruelibus. i. patruī ægypti filijs cō-

Tarpeia

Medea

Helena  
 Scylla

Biblis  
 Myrrha

Semiramis

Eriphile  
 Belides

f. iij



F. **Baptistæ Mantrani.**

acte ab eo: sed a patre qui ab oraculo habuit sibi cauendū a tali genere psuata. prima nocte omnes maritos suos interfecerūt p̄ter Hypermestram: que Lino pepcit: a quo Danaus obtruncatus est. Cicones mulieres thraciæ (vt autor est Virg. in fine georgi.) Pasiphæ vxor minois regis cretensiuū amore tauri incensa se in lignea vaccā a Dedalo effictam includi fecit: & sic cum tauro concubēs & postea cum minoe minorauit genuit. Ordo est petulantia luxuriæ pasiphaeæ. i. ipsius Pasiphaes est sup. cognita. Phedra pasiphaes & minois filia hippolytū priuignum cui desponsata sed non tradita a Theseo fuerat interpellauit de stupro. at cum ille renueret ne patri iniurius sit: detulit apud patrem quasi ille interpellasset. vnde credulus pater a neptuno siue a patre Aegeo impetratis phocis marinis beluis equi hippolyti in furorē versi ipm dissoluerūt: vnde & hippolytus ab hippos quod est equus & equa & lyo. i. dissoluo dictus presagio quodā videt. Nam ab hippolyte matre id nomē prius habere potuit. Decēpit iudea Rebecca virū. s. Isaac: cuius oculi calligauerāt: suāq; p̄geniē. i. filiū chariorē Iacob: velās hircino tergo id est pellibus hircorū aut caprorum: vt pilofus perciperet vt erat Esau. Coniunx. s. Deianira: fatale venenū. i. tunicā sanguine venenato nelli intinctā dedit alcidē. i. herculi alcei. nepoti putatiuo. Nā amphitrioniades dicit cum Iouis sit filius. Hippodame cœnomai helidis & Pisæ regis filia patrē decepit: quia pelopi in pernitiē patris nupsit. Erat em̄ in fatis tūc patrē decessurum quādo illa nuberet. nupsit autē superata in curuli certamine: dolo tamen myrtili aurige. Dicitur etiā hippodamia quasi equorū domitrix Lauinia filia latini turno desponsata a matre amata & ænæ p̄ oracula & patris assensū troianis multis exitij causa fuit. Briseis que achilli sorte obuenerat quum abducta chriseide que agamennoni obuenerat: hanc agamēnon vi abstulisset effecit vt achilles iratus armis abstineret: multos grecorum interim sineret: donec patrodi amici necem vlscisci vellent. Atrides. i. atrei filius saltē putatiuus agamēnon: fulminat id est ira & amore æstuat factus demens chriseide. i. per amorē chriseidos filie chrisei sacerdotis appollinis. qui cum infultus in exercitū grecorū filiā repetitū venisset: nec obrinisset: sæui per silentia ab appolline impetrata tandē eā abduxit. Sentit ḡ iras appollinis. i. pestē qua totus exercitus multabat Fœlicibus ar



uis. paradiso.

Credite pastores; per rustica n umina iuro;  
 Pascua si gregibus vestris innoxia vultis  
 Si vobis ouium cura est; si deniq; vobis  
 Grata quies/pax/vita leues prohibete puellas;  
 Pellanturq; procul vestris ab ouilibus omnes;  
 Thestylis & phyllis/galathæa/neæra lichoris.  
 Dicite quę tristem mulier descendit ad orcum  
 Et redijt; potuit si non male sana fuisset  
 Euridice reuehi per quas descenderat vmbas;  
 Rapta sequi renuit fessam proserpina matrem  
 At pius aeneas redijt; remeavit & orpheus.  
 Maximus alcides & theseus & duo fratres  
 Vnus equis; alter pugnīs bonus; atq; palestra.  
 Et noster deus; vnde salus & vita refurgit.  
 Hęc sunt pastores; hęc sunt mysteria vobis  
 Aduertenda animi fugiunt obscœna viriles;  
 Fœmineas loca delectant infamia mentes  
 Vt semel in scopulos vento contortus & vnda  
 Nauta scit incautis monstrare pericula nautis;  
 Sic senior longo factus prudentior vsu  
 Præteritos meminit casus; aperitq; futuri  
 Temporis euentus vitæq; pericula monstrat.  
 Si fugiunt aquilam fulicæ/si iheretia cerui;  
 Si agna lupum; si damma canem; muliebria cur non  
 Blandimenta fugis; tantum tibi noxia pastorq;

F. Baptista Mantuan.

¶ Credite pastores. Cōuertit sermonē ad pastores. quorū docē di gr̃a hęc de fœminis dixit. Per rustica numina. Id antique ni si ad deū & sanctos quibus arua custodiæ sunt referamus. The stylis &c. Harū enī meminit Virgilius in bucolicis dicēs. The stylis & rapido fessis messoribus æstu Allia serpillūq; herbas cōtōdit olentes. Et iterū. Iā pridē a me illos abducere thestylis orat. Itē. Phyllida mitte mihi meus ē natalis iolla. et. Phyllida amo añ alias: nā me discedere fleuit. Itē. Malo me galathæa petiit lasciuia puella. Et. Huc ades o galathæa &c. Itē. Ille nāeram Dū fouet. Itē Tua cura lichoris Perq; niues aliū perq; horrida faxa secuta est. Dicit &c. Ingeniosa excogitatio: Raptæ legunt mulieres ab inferis: & fere redēpte sed non rediisse. Euridice orphei cōiunx cū eā aristeus pastor insequeret a serpēte q̃ i herbis diluuit extincta ab orphea cytharæ beneficio redēpta ab inferis fuit. ea lege vt eā nō respiceret. quod tñ fecit: vñ reuerti cōacta est. quod quarto georgicorū ad finē graphice describit. & a boecio nō segniter. Proserpina cereris filia a plutone surrepta & a cerere m̃re inuēta: redēpta fuisset si nihil apud inferos gustasset: sed granū pomi gustauit vt nō rediret. Vnde in primo georg. Nec repetita sequi curet pserpina matrē. At pius æneas rediit. postq; illuc duce sybilla p̃ris vidēdi gratia descēdit. vt sexto ænei. late dicit. Remeauit et orpheus relicta tamē coniuge Maximus alcides. i. hercules. vt pirethou redimeret. Virgilius Quid thesea magnū. quid memorē alciden: Et duo frēs. vnus scilicet castor. tamē virgilius ponēs nomē p̃ nomine dixit: Dominus pollucis habenis. Alter pugnīs. s. pollux. Fratres gemini in cœlū translati vbi geminos constituunt signum tam latū vt dum alterum occidat: alterū oriri incipiat. Vnde fabulæ locus est vt alter mortalis quippe a tindaro genitus: alter imortalis vt ab ioue satus dicatur. sed mutua charitate ita deuicti vt imortalitatē cōmunicarēt & altero moriēte alter reuiuiscat. Vñ est in sexto æneidos. Si fratrem pollux alterna morte redemit. Itē q; reditq; viā toriens. Melius autē legit alter q̃ alius: quia alter de duobus: alius de pluribus dicit. Et noster deus. dñs noster iesus christus qui descendit ad inferna: & tertia die resurrexit a mortuis. Aduertēda/considerāda. Animiviriles fugiūt obscœna. naturaliter quidē. Vsq; adeo vt qui nō fugiūt effœminati dicantur aut muliebres. Vnde est illud Ennii apud Ciceronē i pri

Euridice

Proserpina

Gemini  
Castor &  
Pollux



mo de officijs. Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres. Il-  
laque ygo viri. Fœmineas loca delectant infamia mentes. id qui  
de turpibus verum est. Ut senior. Vult sibi in ea re expro fidem  
adhiberi. sicut nautis veteranis de piculis marinis credit. Fuli-  
ce aues sunt marinæ. Docet autem beluas prudentiores in fugien-  
dis nociuis ac insidiosis ac nos sumus.

Est in eis pietas crocodili; astutia hyenæ

Cum flet & appellat te blandius, insidiatur.

Fœmineos pastor fugito (sunt rhetia) vultus.

Non animis / non virtuti / non viribus vllis

Fidito / non clipeo / cuius munimine perseus

Vidit saxificæ colubros impune medusæ.

Monstra peremerunt multi; domuere gigantes;

Euertere vrbes; legem imposuere marinis

Fluctibus; impetui flauiorum; & montibus aspris.

Sacra coronarunt multos certamina, sed qui

Cuncta subegerunt sunt a muliere subacti.

Rex qui pastor erat funda, spolioque leonis

Inclitus; & natus qui templa sionia fecit

Primus; & excellens inuicti robore Sanson;

Fœmineum subiere iugum; minus officit ignis /

Saxa minus / romphea minus / minus hasta / min<sup>9</sup> mors /

Nec formæ contenta suæ splendore decorem

Auget mille modis mulier; frontem ligat auro;

Purpurat arte genas; & collocat arte capillos.

Arte regit gressus; & lumina temperat arte.

Currit vt in latebras ludens perducatur amantem.

Vult dare; sed cupiens simplex & honesta videri:

F Baptiſtæ Mantuani.

Denegat: & pugnat: ſed vult ſuper omnia vinci  
Foemina coeciaco (res mira) ſimillimavento eſt:

Qui trahit expellens mendaci nubila flatu.

Crocodilus

¶ Eſt in eis pietas crocodili. Crocodilus aial eſt terreſtre & aq̄  
tile: creſcit ex minimo ad decē & ſeptē & amplius cubitos. qui  
buſdā ægyptioꝝ crocodili ſacroſancti ſunt: q̄buſdā nō ſunt: ſ;  
veluti hoſtes exagitāt. vnde Iuue. Crocodilū adorat Pars hæc  
Eſt autē hec belua que oua parit inſtar anſerinoꝝ: contra fuga  
ces terribilis. contra inſequētes autē fugax. hebetes oculos ha  
bet in aqua: extra aquā acerrimi viſus eſt. Cōſpecto hoīe emit  
tit lachrymas: mox appropinquātē deuorat. Vñ factū eſt pro  
uerbiū. Lachrymæ crocodili: de his qui ſub ſpecie pietatis ho  
mines fallūt. Graphice ergo dicit Eſt in eis pietas crocodili. Hy  
ena ̄t aial ē in aſfrica ꝑcipue naſcēs. Vtrāq; ei naturā eſſe nō  
nulli exiſtimār: & alternis annis marē: alternis foeminam fieri.  
hoc Ariſtoꝛeles negat. Collū ei & iuba cōtinuitate ſpinæ porri  
gi: ſlectiq; niſi circūactu totius corporis non poteſt. Humanū  
ſermonē inter paſtoꝝ ſtabula aſſimilare dicit. nomēq; alicuius  
diſcere quē foras euocatū dilaceret. Vomitionē etiā hoīs imita  
ri ad ſollicitādoſ canes quos inuadit. Soler ꝑterea id animal ſe  
pulchra cruere vt cōꝛpora inquirat. Hec ſpontin⁹. Ob quæ re  
ſte dicit aſtutia hyenæ. Fido. i. cōfido. Nō clipeo. ſ. cbriftalli  
no ipius palladis: cuius munimine ꝑtectus Perſeus Meduſam  
interemit. e cuius ſanguine natus fingit pegafus equus alatus.  
Erat autē meduſa vna triū gorgonū quæ vnū habuiſſe oculū  
quo viciffim vterent dicunt: hoc eſt vnionē ſeu margaritā. erat  
autē pulcherrima. Vñ ſe inſpiciētes in ſtuporē traxit: & ita i ſa  
xa vtere dicta eſt. Hāc em viſam neptunus ardēs amore in tem  
plū vſq; palladis inſecutus illic oppreſſit. vñ irata dea ipius ca  
pillos q̄buſ neptuno placuerat i angues mutauit. deditq; vt oēs  
eā inſpiciētes in lapides vterent. Perſeus aut dicit danaes achri  
ſij regis argiuorū filiæ ab Ioue oppreſſe filius. Mōſtra pemeſt  
multi: vt hercules: theſeus: perſeus. Domuere gigātes. vt dñj in  
bello gigāteo. & hercules anteu in lybia & gerionē in hispania  
racū in italia & alios alibi. Euertere vrbes. vt ſcipio carthaginē  
in aſfrica & numātiā i hispania. greci troiam: & alij alias. Le  
gem ipofuere marinis fluctibus. vt ceſar & auguſtus lucrino la  
cui. xerxes q̄ pontē ſup mare extruxit: & cū dirutū videret fla

Hyena

Meduſa



gellis cædi iussit. & mōtibus aspris, vt idē xerxes q̄ athon mō/  
tem æquauit solo: & p̄ parte nauigabilē fecit. Iuue. Velificatus  
athos. Dicit̄ autē aspris per sincopā p̄ asperis. Sed qui cuncta  
subegerūt. Iuue. in sexto. Nūc patimur lōgæ pacis mala: scuior  
armis Luxuria incubuit: & victū vlciscit orbem. Rex q̄ pastor  
erat: Dauid. funda qua goliath strauit. spolioq; leonis: quem se  
adhuc pastorē interemisse dicit. Inditus & natus. i. filius eius sa  
lomon: qui templa sionia. i. hierosolymitana. Nam Sion prin  
cipalis pars hierosolymę est. De his in libris regnoz. & de san  
sone in libro iudicū dicit̄. Romphea qua āgelus a paradiso ter  
ruit. Plebei ac triuiales sunt ꝑ siculi. Adam: sanfonē: loth: dau/  
dem salomonē Fœmina deccepit: quis modo tutus erit: Fron  
tem ligat auro. quod crinale vocār. aut reticulo aureo seu aura  
to. Purpurat. i. purpureas facit: hoc est rubicūdas arte. s. phuca  
toria. Lumina. i. oculos. Currit vt in latebras ludens perducit  
amantē. vñ Poeta. Malo me galathea petit lasciuia puella. Et fu  
git ad falices. & se cupit anteveri. Aut ad eam respicit. de qua  
Prouerbiōz. vij. mirū in modū graphice loquitur salomon.

Sion

Omitto verba: quia in manibus sunt. Vult dare. s. stuprū & co  
piam sui. sed vult sup̄ oīa vinci. vt vim sibi illatā dicat. Cæcia  
o vento. Cæcias em̄ trahit ad se nubes quas alij venti ꝑpellūt.  
**Quisquis es expertus moneo: tentare refusa**

**Dum licet: hic fragilis quod habet fastidia sexus.**

**Immundum natura animal: sed queritur arte**

**Mundicies, id luce opus est: ea somnia nocte**

**Deglabrat: laurat: & pingit: striat: vngit & ornat.**

**Tota dolus: tota ars: tota histrio: tota venenum.**

**Consilio speculi gerit omnia. labra mouere**

**Discit: & inspecto vultum componere vitro.**

**Discit blandiri: discit ridere: iocari.**

**Incedens humeros discit vibrare: natesq;**

**Quid sibi vult nudum pectus: quid aperta superne**

**Rimula: quæ bifidam deducit in vbera vallem?**

g 4

F Baptiſtæ Mantuani:

Nempe nihil: niſi quo virus penetrabile ſenſum  
 Plus premat: & ſtygię rapiant præcordia flammæ.  
 Hi iuuenum ſcopuli ſyrtes / ſcyllę / atq; charibdes.  
 Hæ immunde phinei volucres quę ventre ſoluto.  
 Proluuię fœda thalamos: cœnacula menſas:  
 Compita: templa: vias: agros: mare. flumina: montes:  
 Inceſtare ſolent. hæc ſunt phorcínides ore  
 Monſtrifico: extremis lybię quæ in ſinibus olím  
 Aſpectu mutare homines in ſaxa ſolebant.

¶ Quisquis es (exptus moneo) parēteliſ eſt: tentare. i. attētare  
 & periculū facere recuſa. dū licet. Vnde. Dū licet indigno ſub/  
 trahe colla iugo. Et iterę. Principijs obſta: ſero medicina paraſ.  
 Dum mala per longas conualuere moras. Faſtidia. i. ſuperbus  
 contēptus. Immūdū natura animal: ſi animo vituperandi hoc  
 diceret ineptiret. nā ſi natura immūde & cura ac arte mūde ſūt  
 in hoc veniūt laudāde q; arte naturā corrigūt: ver; animo de/  
 hortādi ab earum illecebris & fucata venuſtate id dicit. Id luce  
 opus eſt. i. nihil aliud faciūt noctes & dies. ſiue noctu & iterdiu  
 Deglabrat leuē & glabrā facit cutē rugis & pilis amotis. ſtriat  
 in tricas colligit capillos. Tota ſupple eſt: aut exiſtēs dolus. to  
 ta hiſtrio. ludia & ſcurrilis. tota venenū: quia vritq; vidēdo fœ  
 mina. & taſtu inficit. Vnde quidā. Eſt taſtu viſcus mulier: viſu  
 baſilifcus. Humeros diſcit vibrare id nimiū petulātes faciunt:  
 quę humeros agitant ſicut in amplexu. Nā honeſtas mſes ſtu  
 dent eſſe demiffis humeris. & nates. i. clunes. Satyric<sup>9</sup>. Tremu  
 lo deſcendūt clune puellæ. Rimula. i. fiſſura veſtiū in ſinu inter  
 māmillas. que bifidā. i. in binas partes diuiſam. Virus. i. vene  
 num quo viſa inficit. Flāmæ ſtygiæ. i. infernales potius dixiſſē  
 phlegētōtæ. Præcordia ſunt tenues mēbranæ circa cor. quę di  
 cuntur affectionū ſiue paſſionū ſedes. Hi iuuenum ſyrtes. i. bre  
 uia vada arenoſa: in que q; inciderit difficulter euadit: allegori  
 cos ergo ſumma pericula intelligit: ſicut ſunt ſcylla & charib  
 dis in mari ſiculo. Immūdæ phinei volucres. i. harpyæ. de qui  
 bus ænei. iij. Excipiūt ſtrophades graio ſtant noiē dictæ. Inſu

Rimula

Præcordia

Syrtes

Harpyæ



le iōnio in magno quas dira celeno Harpiæq; colunt aliæ phi-  
neia postq; Clausa domus: mēsaq; metu liquere priores Tristis  
us haud illis monstrū: nec sæcuior vlla Pestis & ira deū stygijs  
sefe extulit vndis Virgineos volucrū vultus: foedissima vētris  
Proluies vncæq; manus: & pallida semp Ora fame. Phineus  
autē rex archadiæ liberis nouercā sup̄duxit: eosq; vt illi cōpla-  
ceat excæcauit. Ob quā rem irati dij ei oculos sustulerūt: & imi-  
serūt harpyias que illi cibū abriperēt. qd̄ & diu fecerūt. sed q̄a  
argonautas hospitio suscepit miserūt ad eū zetū & caloim bo-  
rex regis ac venti thraciæ ac orithyæ ab eo rapte filios: iuue-  
nes alatos q̄ eas ad strophadas vsq; pepulerūt. Cænacula altio-  
ra domus: aut plocis in qbus cenat. Incestare. i. polluere & nō  
castū reddere. Aenei. vi. & totā incestat funere classē Hæ sunt  
phorcinides. i. gorgones. Oui. Finibus extremis lybies vbi fer-  
uida tellus Accipit oceanū demisso sole calentē Squallebāt la-  
te phorcinidos arua medusæ.

Phineus

**Carmina doctiloqui cursim recitauimus Vmbri.**

**Quæ si visa tibi nimium prolixa memento**

**Iplius id rei viciū non carminis esse:**

**Nō longū est carmen: mulierū amentia longa est.**

**O memorāde senex quo se vetus vmbria tantū Ian.**

**lactat: & ipse tuæ tyberis conterminus vrbi.**

**Martia non ab re tantū te roma vocabat.**

**Ipsa tuas artes: & non triuilia notat**

**Carmina. te vita functum fleuere latinæ**

**Naiades & graiæ. tua molliter ossa quiescant**

**Semper: & in summo o mens aurea viuat olympo.**

**FINIS.**

¶ Carmina doctiloqui. Hūc (vt dixi) licet aut antoniū cāpanū  
intelligere aut hetruscū petrarchā aut aliū quēuis ea tempestate  
doctū. Iplius id rei: cōtra artē pducit syllabā. nā q̄nte declinati-  
onis nō pducunt e añ i nisi pcedat i. & ita rei: spei: fidei: plebei:

g ii)

Per Vmbrū  
intellige Gre-  
goriū thifer-  
num: vt ip̄e  
met auctor  
dixit thome  
wolfio iuni  
ori Mantue

F Baptiffæ Mantuani.

penultimā corripit. possum<sup>9</sup> vsum enēdare sic. Ipſius eſſe rei  
vitiū nō carminis illud. Nō longū eſt carmē. vñ Martialis. Nō  
ſunt lōga qbus nihil ē qd demere poſſis. Martia roma: aut bel  
licoſa olim. aut martē autorē habēs. vñ Liuius in p̄fatōe. Sicuti  
pp̄ſo licere oportet cōſecrare origies ſuas & ad deos referre au  
tores. ea belli gl̄ia eſt populo romano: vt cū ſuū cōditoriſq; ſui  
paritē Martē potiffimū ferat tā hoc gētes humane patiant æq;  
animo q̄ impiū patiunt. Et nō triuialia: nō vulgaria. Virgili<sup>9</sup>  
Nō tu in triujs indocte ſolebas. Stridētī miſerū ſtipula diſpde  
re carmē: Te vita functū. i. defūctū. Latinæ naiades. i. fluminū  
ac fōtiū italicor; nymphæ ppter ſermonē latinū: & graiæ. i. gre  
ce. ppter gr̄cū. Tua molliter oſſa quieſcāt. Vñ prius vbi de ſe  
pulchro leui locuti ſum<sup>9</sup> diſſeruimus. Hoc em̄ ad veter; p̄inet  
ſup̄ſitionē. nā veri<sup>9</sup> maro dicit. facilis iactura ſepulchri. & Se  
neca Quid refert humi an ſublimi putrefcā: Mens aurea. i. pul  
cherrima viuat olympto. i. cœlo. hoc catholico viro dignū eſt  
Olympus autē macedoniæ mōs altiffimus p̄ cœlo a gr̄cis po  
tiffimū poni ſolet.

Naiades

Olympus

Aegloga quinta quæ dicit<sup>r</sup> Candid<sup>9</sup> de conſuetudine di  
uitū erga poetas. collocutores Sylluanus & Candidus.

**C**Andide nobiſcū pecudes aliqñ ſolebas Sylu.  
Pascere: & his gelidis calamos i flare ſubvmbriſ  
Et miſcere ſales ſimul & certare paleſtra.

Nunc autem quali paſtores & rura perofus

Pascua ſopito fugis: & trahis ocia cantu.

Vos quib<sup>9</sup> eſt res āpla domi: quib<sup>9</sup> vbera vaccæ Can.

Plena ferunt: quib<sup>9</sup> alba greges mulctaria complēt

Cymbia lacte niuent: & pinguiā prandia fumant

Carmīna laudatis. ſi quid concinnius exit.

Plauditis: ac læti placidas extenditis aures.

Pro numeris vanas laudes: & inania verba

Red dicitis. interea paſtor ſitit/ eſurit/ alget.

Nonne potes curare greges: & dicere verſus Sylu



Cum vacat: & positis viram traducere curis?  
 Omnē operā gregib⁹ pastorē impēdere oportet: **Can.**  
 Ire/redire/lupos arcere/mapalia sepe  
 Cingere: mercari paleas & pabula: victum  
 Quærere, nil superest oci: laudabile carmen  
 Omnē operam totumq; caput syluane requirit.  
 Grande vtrūq; opus est: & nostris viribus impar  
 Cum cecini sitio: sitiēti pecula nemo  
 Porrigit, irridēt alij tibi penula dicunt  
 Candide trita: genu nudū: riget hispida barba  
 Iam sylue implumes: & hyems in montibus albet.  
 Irascor/doleo/indignor. fert omnia victus/  
 Lanicium /foetusq; mares: nō vendimus agnas.  
 Sed quia lac pascunt/premitur nihil: vbera siccant.

**C** Andide nobiscū & c. Argumētū huius æglogę est dete-  
 statio tenacitatis diuitū in poetas: quorū ingratitude  
 atq; auaricia aurea vena in poetis extinguit. Per candi-  
 dū autē mihi ꝑo sise fit poetā posse intelligi. ꝑ syluanū quēuis  
 diuitē auarū. Inducit tñ vtrūq; pastorē. vñ dicit: sub his vmbri-  
 s q. d. sub quibus sum⁹. nec quicq; aptius syluano q; esse in syluis.  
 Est autē fere eadē farrago quę in Iuuenalis satira. vñ. Et miscere  
 sales. i. lepores sermōis. Sopito. i. oppōsto & neglecto cātu. quę  
 res doluit syluano. Nā diuites auari licet nihil cōferāt ī poetas  
 bonos: admirant tñ eos. & oblectant eorū carminibus. vñ Iuue.  
 in dicta satyra. Spes nulla vltior: didicit nā diues auarus Tā  
 tū admirari tātū laudare disertos Vt pueri iunonis auem. i. pa-  
 uonē admirant & laudāt: qā laudato nihil porrigūt: sed si pñt  
 plumas auferūt. Plena ferūt. Maro significātī⁹ distēta dixit. Alba  
 multi. multātras: hoc ē vasa ī q; mulget lacte albicātia. Cymbia  
 .i. vasa icurua ī morē cymbarū facta. Carmia laudatis. sicut iā  
 Iuue. dixit, si qd cōcinnius. i. modulatus: & vt Persius. si qd tñ

F Baptiſtæ Mantuani;

aptius exit. Plauditis. i. applauditis vanas laudes: quia nihil cō  
modi afferētes. Nā probitas laudat & alget. alget: quia nudus  
& ita algore conficit. Iuue. Tædia tunc ſubeunt animos. tūc ſe  
q̄ ſuāq̄ Terpſicoren odit facunda & nuda ſenectus. Et poſt. ne  
q̄ em̄ cantare ſub antro pierio: tyrſumue poteſt cōtingere ſana  
Paupertas: atq̄ æris inops: quo nocte dieq̄ Corpus eger: ſatur  
eſt cū dicit Horatius Ohe &c. Omnē operā gregibus. Iuue. ibi  
dem. Pectora noſtra duas nō admittētia curas: Magnæ mētis  
opus: nec de lodice paranda Sollicitæ: currus & equos facieſq̄  
deor̄. Aſpicere &c. Mapalia. i. caſas & tuguria: ſepe ſepimento  
ablūtus eſt a ntō ſepes. Nil ſupeſt oci p̄ oc̄. Enumerat aut̄ nego  
cia paſtoralia volēs a cōſimili etiā alia intelligi. Tibi penula. i.  
veſtis exterior attrita. Siluæ īplumes. i. frondibus ſpoliate Fert  
oīa victus. i. aufert. ſicut Maro. Omīa fert ætas aim̄ q̄z. Victus  
autē. i. neceſſitas edēdi vt viuas. aut victus. i. cibus quo viuas:  
fert. i. abſumit: laniciū. i. lanā. & fetus mares. i. arietes & hedos  
ac coleatos reliquos. Nō vendimus agnas. quia ad futurā p̄  
pagationē recipiūt eas. Lac paſcunt. i. fugunt & abſumunt dū  
paſcunt. Premiū nihil. i. nō fit caſeus mollis. Maro. Et preſſi co  
pia lactis: vbera ſiccāt. ex marone eſt vt alia multa.

Penula

Pœnitet ingenij ſi quid mihi: pœnitet artiſ;

Pœnitet & vitæ: poſtq̄ mihi nulla ſecundant

Ex tot ſyderibus quot ſunt in nocte ſerena.;

Hactenus vt noſti: gratis cantauimus. ætas

Indiga paucorum merces fuit: altera longe

Conditio ſenij: quod nunc ſubit. omniū egenos

Reddit: & extinctis lucri ſpem viribus aufert.

Mox erit vtendum partis. modo quærere tempus

En formica breuis: ſed prouida beſtia condit.

In brumam noua farra cauſis æſtate latebris.

Neue renaſcantur: fruges ſecat ore ſepultas.

Scire genethliacos fatalia ſydera dicūt Sylvanus

Hi ſub mercurio vates: & ſub ioue reges.



Magnatesq; locant; istis dat iupiter aurum.  
 Atq; magistratus, dat maiæ filius illis  
 Ingenium/linguam/cytharas/& carminis artem  
 Hæc tua fors, quid quæris opes; deus omnia in omnes  
 Diuidit; vt melius nobis videt esse futurum.

Sorte tua contentus abi; sine cætera nobis.  
 Sunt tibi diuitiæ mihi carmina, quid petis ergo **Can:**

Carmen; & inuadis partes Syluane alienas;  
 Non tibi furripio carmen; nec apollinis arma; Sylu.

Sed dare dulcisonis aures concentibus opto.  
 Si gaudere meis igif concentibus optas; **Candi.**

Nos gaudere tuis opibus Syluane decorum est.  
 Ille meis opibus gaudet qui diligit, odit **Sylua:**

Inuidus; atq; animo bona fert aliena molesto.  
 Sic quoq; tu nostris absens gaudere camœnis **Can.**

Sat potes. hæc artis sat sint tibi gaudia nostræ.  
 Carmina sunt auris conuiuia; caseus oris

Si cupis auditu fac nos gaudere palato.  
 Hoc amor/hoc pietas/hoc vult deus; omnia nō dat

Omnibus; vt nemo sibi sit satis, indigeatq;  
 Alter ope alterius; quæ res coniungit in vnum

Omne genus; gallos/mauros/italos & iberos.

**P**œnitet ingenij. Prosequit Candidus quærelas suas. Pœnitet ingenij. i. habere ingenij ad carmen aptū. si quid mihi. subaudi est ingenij. Multa secundat. i. p̄p̄a sunt. vt ventus & fluctus secundus. i. sequens & a tergo veniens; nauigantibus. Quot sunt. i. apparēt. Nō em̄ plura sunt Gratis. i. sine mercede. sed ætas. s. iuuenilis; indiga. i. indigens paucorū. nō em̄ subiecta est morbis;



Formica

nec tanto eget munimēto contra frigora. Quod. f. senitū: nunc subit. i. subrepat nō animaduertētibus nobis. Omnium egenos reddit: vidimus Iuuenalē. extinctis viribus auferit spem lucrandi. Mox erit vtendū partis. i. acquisitis in iuuetā. Nunc quære re p̄ querēdi. i. acquirendi tempus. subaudi est. En formica. Sa lomon puerbios: vi. Vade ad formicā o piger & cōsidera vi as eius & discite sapientiā. Quæ cū nō habeat ducē nec p̄cepto rem nec principē parat in æstate cibū sibi: & congregat ī messe quod comedat. Et. xxx. Formicæ populus infirmus qui prepa rat in messe cibum suum. Horatius sermone primo. Sicut par uula (nam exemplo est magni formica laboris) ore trahit q̄d cunq; potest: atq; addit aceruo. Quē fruit haud ignara ac nō īcauta futuri. In brumā. i. ad breuissimā diē: vt est ī solstitio hy berno. Ordo est. Condit. i. abscondit æstate ī cauis latebris far ra noua. Neue p̄ neq; i. & ne renascant. i. germinēt. secat ore: id est germen auferendo distrumpit. fruges sepultas. i. abscondi tas in terris. Genethliacos: id est de genesi & natiuitate iudican tes: qui inspecto natiuitatis horoscopo futurā vitam predicūt: hi scilicet genethliaci & mathematici locāt sub mercurio: id est hora nascendi qua Mercurius dominaī. Vates. id est pphetas & poetas & omnes prudentes cathos ac ingeniosos. Et sub Io ue reges & magnates. Vnde secundū Homerū in iliade. honor autem ab Ioue est. Maiæ filius. id est mercurius: dat illis. f. vati bus sub se natis ingenium. & ita vult eos contentos esse debere sua sorte dicens. Sorte tua contētus abi. sine. i. derelinque cæte ra. i. diuitias & opes nobis. f. qui ingenium & carminis artē non habemus. Quid petis ergo carmen: subtilis obiectio Non tibi surripio carmen. Callida quoq; resposio. nec apollinis arma: cytharā cuius est inuētōr ac cætera instrumēta musica. quia in medio residēs complectit oīa phœbus. est em̄ princeps musico rum. Hora. Lyre solers & cantor apollo. Vnde secundū Pliniū carmen heroicū oraculis apollinis debemus. Et ideo illi augu stus ædē cōsecrauit ad quā carmina phœbo digna ferant. de q̄ Persius. Ad sacra vatū carmen afferō nostrū. Iuue. Et musa rum & apollinis æde relicta &c. Si gaudere. rursus acris obie ctio & subtilior purgatio: sed subtilissima rursus reiectio. Car mina sunt auris cōiuiua: caseus oris. Pulchrū ac prouerbiale id est. Quæ res coniūgit in vnū. Id vere dicit. Nam ppter ægesta tem & mutua auxilia sunt intervarias nationes cōmercia. Ibe ros. i. hispanos.



Sydera iungamus; facito mihi Iupiter adsit;  
 Et tibi mercurius noster dabit omnia faxo  
 Pilleolum / virgam / cytharas / nodum herculis / alas;  
 Vana superuacuis inculcas plurima verbis. Sylua,  
 Vana inquis; quæ damna tuis inferre videntur Can.  
 Diuitijs. si vis nostras audire camœnas;  
 Erue sopitam de sollicitudine mentem.  
 Vult hilares animos; tranquillæq; pectora carmen.  
 Torpeo; vt esuriem patiens & frigora miluus.  
 Iam dudû squarrosa cutis; situs occupat ora.  
 Nec pecus in stabulis; nec in agro farra; nec aurum  
 In loculis; & vis positus me viuere curis?  
 Non facit ad nostros talis medicina dolores.  
 Fac alacrê; tege; pascere; graui succurre senectæ.  
 Inuenies promptû versu; & cantare paratum.  
 Plena domus curas abigît; cellarâ plena.  
 Plena penus. plênique cadî; plenæq; lagenæ.  
 Horrea plena; greges læti; grauis ære crumena.  
 Tunc iuuat hybernos noctu vigilare decembres  
 Ante focum; & cineri ludos in arare bacillo.  
 Torrere & tepidis tostas operire fauillis  
 Castaneas; plenoq; sitim restringere vitro;  
 Fabellasq; inter nentes ridere puellas.  
 Tityrus vt fama est sub mœcenate vetusto  
 Rura / boues / & agros & martia bella canebat

F. Baptista Mantuan.

Altius: & magno pulsabat sidera cantu.  
 Eloquiū fortuna dabat: nos debile vulgus  
 Pannosos macie affectos: farragine passos  
 Aonia fugiunt musæ: contemnit apollo.

Insignia  
 Mercurij.  
 Galerus  
 Caduceū

Cythara

Nodus her-  
 culis.

¶ Sidera iungamus. i. iouē cū mercurio. i. cōmunica mihi do-  
 na iouis: & cōmunicabo tecū dona mercurij. faxo. i. faciam vt  
 mercurius noster. i. poetaꝝ pater & ingenij largitor det tibi pil-  
 leolū. i. galerū qui mercurio assignat q̄ semp fere radijs solari  
 bus quali galero tectus sit. Virgam. i. caduceū. Vñ Maro ænei-  
 dos. iij. Tum virgā capit: hac aias ille euocat orco Pallentes:  
 alias sub tristitia tartara mittit. Dar somnos adimitq; & lumina  
 morte resignat. Illa fretus agit vētos & turbida tranat Nubila  
 Id autē ex vltimo iliados sumptū videi qui locus sic versus est.  
 Tū ꝑgā capit. Hac oculos deus excitat ip̄e. Hac dulces suadet  
 somnos & lumina claudit. Macro. li. i. saturnaliū scribit caduce-  
 um duobꝰ drachonibꝰ ornatū fuisse mare & scēmina in nodū  
 obligatis inuicē pte media voluminis sui. vñ Martialis lib. vij  
 Cyllenes cœliq; decus facūde minister Aurea cui torto virga  
 drachone viret. Cytharas: quia tetrachordiū inuenit. i. lyrā q̄t  
 tuor chordarū cū apollo. vñ. chordaꝝ inuenisset. vñ Hora. li.  
 primo carminū. curuæq; lyræ patentē. Nodū herculis. i. in ex-  
 tricabilē: qualē hercules inuenit: qui nec principiū nec exitū ha-  
 bere videbat. qui tamen dissoluerit diues erat. hunc in caduceo  
 iam ex drachonibus consertū diximus. Alij herculanū nodū  
 dicunt nō ab hercule inuētum sed a mercurio. Verūm ab her-  
 cule dissolutū nō quidē arte sed vi. quod & alexandrū magnū  
 fecisse dicūt. Vterq; tamen & mercurius mercium & mercato-  
 rum deus: & Hercules diuitias quibus fauent cōferre dicuntur  
 Vñ Hora. Diues amico hercule. & Persius O si Sub raistro cre-  
 pet argēti mihi seria dextro hercule. Antiquitas em̄ (vt scribit Di-  
 odorus) fabulata est herculē dixisse postq; ad deos trāslatꝰ erat  
 qui sibi decimā bonarum dicarent vitam fœlicem victuros.  
 quod Lucillus ditissimus & alij romanorꝰ plurimi fēcerūt vs-  
 que adeo vt ex decimis illi templū egregiū trans tyberim ædifi-  
 carint. Per nodū ergo intelligam difficultatē acquirendarū di-  
 uitiarum quas vterq; confert. mercurius quidē vaframento &



ingenio cato. Hercules vi: qua aurea mala abstulit. Alas quibus  
 a dijs ornatus mittit: vt. iij. ænei. Hic primū paribus nitēs Cyl<sup>Alæ</sup>  
 lenius alis Constitit &c. Vult hilares animos. Vnde Oui. Car  
 mina proueniunt anio deducta sereno. Squarrosa cutis. Squar  
 rosi dicunt quorū cutis exurgit ob assiduā illuuiē. Luci Vero/<sup>Squarrosi</sup>  
 rum ac rapicū squarrosa incōdita rostra. Promptū versu. i. ad  
 verbum videri potest datiuus antiquus. Plena domus. f. diuitia  
 rum: abigit curas: quod tamē multis contra euenit. Nam vt di  
 cit Iuue. Crescit amor nūmi quātū ipa pecunia crescit. Hordēa  
 plena. Legam melius horrea plena. Greges leti. i. pingues: qui  
 leticiam afferunt dominis. aut bene curati: & ita reuera leti. gra<sup>Es</sup>  
 uis ære crumena. i. marsupiu vt quidā dicunt: ære pecunia: qa<sup>Erariū</sup>  
 ærea primū fuit. Vnde æratiū quem fiscum nūc appellant. Lu  
 dos inarare Id securi faciunt rustici diuinare faciētes quē sulcū  
 tetigerint. Bacillo paruo baculo: & dicit in nomiatiuo hoc ba  
 cillum. Titirus. i. virgilius. Farragine. pulmentario ex farrefa/<sup>Earrago</sup>  
 cto. Aoniæ quæ in phocidis montibus quos aones olim habi  
 tauerūt frequētēs sunt.

Si sperata mihi dederit fortuna quod opto: **Sylvanus**

Candide præsentī te sollicitudinē soluam.

O vtinā syluane foret tibi tanta voluntas: **Candi.**

Quantā est hac etiā tibi tempestate facultas.

Non ego diuitias cosmi: non serica pasco

Pallia: non tyrias chlamydes: non prandia regum:

Non patinam æsopi fameo: clypeumue mineræ.

Nil opus est regis laribus: cui ferrea nomen

Tradidit: aut si mens non fallitur: ænea barba.

Hæc me iam pridem meminī didicisse sub vmbro.

Postulo vestitū: peto victum sub lare paruo.

Certior istud opis toti non defore vitæ.

Sint mihi pythagoræ mensæ: codricq; supellex.

Sæpe alios qui spem dederint inuenimus ore



F. Baptiſtæ Mantuani.

Magnificos: ſed re modicos: tibi fidimus vni.

Tu mihi ſi fueris mendax: præciditur omnīs

Spes: vt ſolſtitio ſiam philomena reuerſo

Mutus: & elinguis: ſuſpendere poſtibus arma

Tempus erit: clauſoq; abigi ſpectacula circo.

¶ Si ſperata &c. Graphice oſtēdit quod Ouidi⁹ dicit: quia pol  
licitis diues qlibet eſſe poteſt. Non ego diuitias Coſmi. ali⁹ coſ  
mæ legūt illius florētini ditiffimi. ſed & coſmi multi fuerūt di  
uites: cōgruūq; eſt diuitibus nomē. Nam coſmos  
dicit ornamentū & mundus coſmeo qd' eſt or  
no. vnde & latini mundū p ornamentō accipiunt dicētes mun  
dum muliebrē quecūq; ad mulieris ornatū faciunt. Nō ſerica  
poſco pallia. Seres populi ſunt citra Indiam. apud quos ſūt ar  
bores lanigeræ ſine vermibus: quæ frondib⁹ caniciē depectūt  
aqua pſulam. ex quo vellere veſtimēta cōficiunt que ſerica ap  
pellant. vt autor eſt Plinius. vñ & Maro. Velleræq; vt folijs de  
pectunt tenuia ſeres. Errat autē Seruius qui ſerica a bombycib⁹  
confici vult. cū bombyces nō apud ſeras ſed in arabia & iſula  
co peculiariter proueniāt. Qui quidē bombyces miculi ſunt  
relaſq; aranearū modo texunt ad veſtē: luxūq; ſcēminæ: quæ  
bombycina appellant. Ique. quæ Delicias vel panniculus hō  
bycin⁹ vrit. Nō tyrias chlamides. i. veſtes ex purpura dibapha  
id eſt bis tincta: vt aput tyrū fiebat. & idcirco in magno erat p  
cio. Nō prandia regū. i. p diuitū. Perſius. In luxū & prandia re  
gum. Nō patinā æſopi. i. qualē pcurauit æſopus. non fabula  
tor ille phrygius: ſed romanus hiſtrio. qui filijs ex queſtu hi  
ſtrionico ducētes feſtetiū reliquit. quas opes filij abſumpſerūt.  
Vnde Hora. ij. ſermoni. Filius æſopi detractā ex aure metellæ  
(ſcilicet vt decies ſolidū exorberet) aceto. Diluit inſignē baccæ  
id eſt margaritā ſeu vnionē p cio decies liſtertiorū aceto liqueſc  
cit & abſorpiſit. Et ita filius hic notareſ q; etiā æſopus dici potu  
it. Litterę em omīs diſſamāt patinā æſopi. Vñ & Beroaldus. Iā  
patina æſopi cedat: iā luxus apici. Et prolecorū pdiga luxu  
ries. Clipeūue mineruę. i. quāti æſtimata eſt ægis in pectore mi  
neruę. que prudētiā denotat qua pectora ſapientū muniuntur  
Nil opus eſt regis laribus. i. domib⁹ aut ædibus: cui ferrea &c.

Seres  
Serica

Bombyces  
Bombycina

Chlamys  
Tyria

Patina  
æſopi



Quidā pyrthū intelligerēt: qui (vt Seruius tradit) cum a patre Pyrthus  
 vocaret neoptolemus postea dictus est pyrthus a colore pilo-  
 rum: quia subrufus erat. Ego autē intelligo de nerone aut maio-  
 ribus eius qui æneā dicti sunt habere barbā atq; ænobarbi vo-  
 cati. De qua re sic dicit sipontinus. Aenobarbus hoc est rutilā  
 & quasi æneā barbā habēs fuit cognomen domitiorū. ex qua  
 familia nero fuit. Autorē autē originis pariterq; cognomis ha-  
 buerūt Lucii domiciū. cui rure quondā reuertēti iuuenes ge-  
 mini augustiore forma apparuerūt: iusserūtq; nūciaret senatui  
 ac populo romano victoriā. de qua adhuc incertū erat: atq; in  
 fidē maiestatis adeo pmulsiſſe malas vt e nigro rutilū æricq; af-  
 similē capillū redderēt. quod insigne manſit & in posteris eius;  
 ac magna pars rutila barba fuerūt. Vñ Cneū domitū neronis  
 atauū q; in tribunatu suo pontificib<sup>9</sup> offensior fuerat q; aliū q̄  
 se in patris sui locū coaptassent: ius sacerdotū surrogandorū a  
 collegijs ad populū transtulerat. ac in cōsolatu allobrogib<sup>9</sup> al-  
 uernisq; supatis elephāto vectus fuerat: turba militū quasi iter  
 solēnia sacrificij prosequēte. Lici. Crassus orator dixit non esse  
 mirādū q; æneā barbā haberet. cui os ferreū: cor plumbeū eēt  
 Hec ille. Quia ergo neronē constat palatiū sumptuosissimū ex-  
 truxisse. Estq; de ænobarborū familia de illo intelligendū putē  
 Vnde dicit Suetonius in eius vita q; nō in alia re dānosior q̄ i  
 ædificando fuit: nā domū a palatio exquiliās vsq; fecit: quam Nero  
 primo transitoriā mox in incendio absumptā restitutāq; aure-  
 am noiauit. de cui<sup>9</sup> spacio atq; cultu suffecerit hoc retulisse. Ve-  
 stibulū eius fuit in quo collossus. xx. pedū staret: ipsi effigie tā-  
 ra laxitas vt porticus triplices miliarias haberet. Item stagnus  
 maris instar circūseptū ædificijs ad urbium speciem. & reliqua  
 que prosequit tranquillus ibidē. Dubitat autē an ferrea barba  
 illi nomen dederit: vel q; ferreus. i. durissimus esset: v<sup>l</sup> q; os fer-  
 reum dictus est habuisse domitius. vel q; rustico cōgruit de no-  
 minis causa dubitare. sicut ille. In medio duo signa: Conon. &  
 quis fuit alter? Descripsit radio totū qui gentibus orbem. Hęc  
 me iam pridē memini didicisse: Valla diceret nō esse dicēdum  
 iam pridem didicisse. quia per sistētē actionem & præsens tem-  
 pus efflagitant iam pridem iam dudum & iam olim aut olim-  
 iam. verum licet durius posset dici iam pridem memini. At Ae-  
 gretius negabit recte dictum memini didicisse. Vult enim me-  
 mini cum præsenti construendū. sed valla contra sentit in rau-  
 densē. Vnde & psius. Nec in bicipiti sōniasse parnaso memi-

Aenobarb<sup>9</sup>

Nero



F. Baptiſtæ Mantuanſ.

Codrus

ſub Vmbro de quo prius dictū eſt. Id autē addit ne contra de-  
 coz peritior haberet paſtor: aut vt præceptor ſuo. nō ingratus  
 ſit. quē nescio an ſipontinū dicā a quo plurima ſumpſiſſe videt  
 Sint mihi pythagoræ menſæ. qui carnibus abſtinuit & ventri  
 indulſit nō omne legumē: quia etiā fabis abſtinuit: ſed herbis ve-  
 ſcebat creſcētibus in hortis. vnde epulū poſſis centum dare py-  
 thagoreis. Codricq; ſupellex: paupis poetæ ac philoſophi. De q̄  
 Iuuenalis ſatyra. iij. Lectus erat codro procula minor: vrceoli  
 ſex. Ornamentū abaci: necnō & paruulus infra Cantharus: &  
 recubās ſub eodē marmore chiron. Iamq; vetus græcos ſerua-  
 bat ciſta libellos. Et diuina opici rodebāt carmina mures. Nil  
 habuit codrus (quis em̄ negat?) & tamē illud p̄didit inſcelix to-  
 tū nihil. hec ille. Ore. i. pollicitatiōibus magnificos: ſed re. i. ex-  
 hibitiōe pollicitorū modicos. Tibi fidimus. i. confidimus. ego  
 ſiam philomēna reuerſo ſolſtitio. i. vt philomēna in ſolſtitio:  
 quia mutus & elinguis. i. nihil canā: ſicut nec philomēna: que ī  
 vere p̄cipue canit. Suspēdere poſtibus arma tēpus erit. Arma  
 id eſt ſiſtulā & plectra & cetera inſtrumēta muſicalia. alludit ta-  
 men ad arma pugilū qui ad poſtē herculis figebant arma ſua  
 qñ eſſent emeriti aut amplius exercere nollēt. ſicut & ceterorū  
 officior: dijs ſua quicūq; amplius vti nollēt ſuſpēdebāt arma.  
 Et tempus erit abigi ſpectacula id ē ſpectatores: circo id eſt thea-  
 tro clauſo.

Candide vidisti romam: sanctiq; senatus Sylu.

Pontifices: vbi tot vates: vbi copia rerum

Tantarum: facile est illis ditescere campis.

Deciperis me velle putans ditescere, vesci Cand.

Et lupus omne animal crudis existimat escis.

Tuq; putas alios quo tu pede claudere passum.

Non ego ditari cupio: sed viuere paruo

Fachabeam tenuem sine sollicitudine victum.

Hoc contentus eam. romana palacia vidi.

Sed quid roma putas mihi proderit: o syluane

Occidit augustus nuncq; rediturus ab orco.



Si quid roma dabit: nugas dabit: accipit aurum:  
 Verba dat: heu romæ nunc sola pecunia regnat.  
 Exilium virtus patitur: sperare iubemur  
 Vndiq; & in toto vates spe pascimur orbe.  
 Dic pugnas, dic gesta virum: dic prælia regū Sylua,  
 Vertere ad hos: qui scepra tenēt: qui regna gubernāt,  
 Inuenies qui te de sordibus eruat istis.  
 Inueniam qui me derideat & subsannet. **Candī.**  
 Tempestate ista reuerētia tanta poesi:  
 Quanta lupanari, quid me syluane laceffis?  
 Nō decet obscœnis vatē prorūpere verbis, **Sylua:**  
 Nō possum non vera loqui: si vera taceri **Cand:**  
 Forte velis: leuibus me parce laceffere dicētis,  
 Vtile consiliū præfere, laceffere nō est. **Sylvanus.**

**C**andide vidisti Romā: Diserte describit morē auarorū q ne  
 iuuēt alio mittūt opē implorātes Sanctiq; senatus pontifices .i.  
 cardinales .sicut canī. Clare senatus ap̄forū: quē cardinales re  
 p̄sentāt. Facile est illis ditescere cāpis, vbi .f. tot diuites sunt. De  
 ciperis me velle putās ditescere. nō em̄ ditescere: sed victū & ve  
 stitū qbus cōtentus sit: velsi. Ordo est. Et lupus existimat. i. cen  
 set & iudicat omē aīal velsi crudis. i. incoctis escis: videlicet car  
 nibus qbus ip̄e velsi. Tuq; .i. & tu putas alios claudere passū  
 id est ingredi eo pede quo tu. i. moueri ea affectiōe qua tu. p pe  
 des em̄ sæpe itelligunt affectiōes. hoc est: quia tu cupis ditescere  
 censēs oēs id cupere. tenuē sine sollicitudine victū. Non ergo af  
 fluentiā petit: sed securitatē. quā tamē saluator sine sollicitudīe  
 a se sperandā docet: vetans ne solliciti simus quid bibamus &  
 comedamus. O syluane. spondaicus x̄sus nō ineptus. q̄a et lan  
 guorē animi loquētis & pondus rerū habēs. Augustus. i. bene  
 ficus in poetas Vergiliū / Horatiū / Tuccā / Varrū ceterosq; p̄pri  
 cipes. Nugas. pollicitatōes inanes. Sola pecunia regnat. Hora, **Nugæ**  
**Pecunia**

F Baptista Mantuani.

Et genus & formā regina pecunia donat. Ouidius. Dat census:  
honorēs: census amicicias: pauper ubiq; iacet. Iuue. Quārum  
quisq; sua nūmōr; spectat in arca: Tantū habet & fidei. Et rur-  
sus Hora. Hos solos aiunt sape & bene viuere: quōr; Cōspiciē-  
nitidis fundata pecunia villis. Et itē; Iuue. de romanis loquēs  
Quādoquidē inter nos sanctissima diuitiar; Maiestas: & si fu-  
nesta pecunia templo Nondū habitas: nullas nūmōr; erexim;  
aras Vt colit pax atq; fides &c. Exiliū virtus patit. Idem Iuue.  
Aude aliquid breuibus gyaris & carcere dignū Si vis esse ali-  
quid; pbitas laudat & alget: Crimibus debēt hortos &c. Va-  
res spe pascimur oēs: quia nihil recipimus: Dic pugnas dic ge-  
sta virū. Aliud subterfugiū auari. Vertere impatiue avertor. i.  
sis cōuersus. & verte te ad hos. i. ad eos qui tenēt scepra. i. ad re-  
ges. Et subsannet. Itē; spondaicus versus consilii ratioe compo-  
situs. Quanta lupanari. i. pstitulo aut pstitutis. Lupas voca-  
bant olim pstitutas. vñ & pstitula lupanaria. Hinc fictum vo-  
lunt Romulū a lupa nutritū. Nō decet per aliū se castigat. leui-  
bus dictis. i. nō paruis aut modicis: sed vanis & cōtumeliosis.  
sicut mulieres leues quibus pstituta est pudicia dicūt: & mo-  
res leues qui incōstātes. Me parce lacerare. parce. i. abstine. Par-  
ce metu cytharea.

Lupanar  
Lupa

Parce

Consilij locuples ego: sed pauperrimus auri.  
Qui pugnas: qui gesta virum: qui praelia regum  
Dicet inops vates: cui nec quo fistula possit  
Aptius incidit: fieriq; foramina: culter:  
Aspice vt excussis luxata manubria clauis  
Vt dentata acies: veteriq; simillima ferræ.  
Hoc leue: sed mensæ graue & intolerabile damnum.  
Vtile consilium firmat: sed inutile mentem  
Frangit: & extenuat vires: animūq; retundit.  
Magnates dare parua pudet: dare magna recusant.  
Adde quod & nostri curant ita carmina reges:  
Vt frondes aquillo: mare lybs: vineta pruina.



Ipsi ad delicias reges & ad ocia versi:

Quod celebrant laudari optant. hinc carmina manant

Perdita de studio veneris. de scurrilitate:

De ganea: de segnicie: de infamibus actis:

Quæ castum capitale nefas celebrare poetam.

**C**ōsiliij locuples ego: sed pauprimus auri. Hora. etiā geniti-  
uo cōstruxit dicēs. Horæ ergo optarē pauprimus esse bonorū:  
Qui. i. quō. aut quo. i. qua re dicit iops vates pugnas &c. cui  
nec supple est culter quo fistula possit aptius incidi. & sup. quo  
foramina supple possint fieri. Aspice vt manubria. s. cultorū. i.  
capuli quibus capiunt & tenent in manibus. sup. sint: luxata. i.  
laxa & dissoluta: clavis. i. clauiculis qbus cōpingunt: excussis.  
hoc dicēs ostēdit cultorū suū. Et aspice vt. i. qualiter: acies. s. cultri  
id est acuta eius pars: sit dentata. i. in morē ferræ in dentes effra-  
cta. Vnde addit: veteriq; similima ferræ: quā Dēdalū inuenisse  
quidā volūt ad similitudinē maxillæ serpētine. Hoc dānū. s. de  
iuramētis & vestitu est leue. i. tolerabile. sed mensa. i. victus est  
grauē & intolerabile. Magnates dare parua pudet. Quia vt di-  
cit Hora: Magnos magna decēt. Sed hoc vaframēto scimus nō  
nullos vsos: dicētes magna petentibus indignos esse q̄ magna  
recipiāt: & exiguū quid orātibus se nō decere tā exigua mune-  
ra cōferre. Vt frondes aquilo. q̄ eas nihili facit: vt libs: ventus.  
lybie curat mare. in qd̄ sepe sæuit. & vt pruinæ. i. ros cōgelat  
aut gelu matutinū curāt vineta. i. vites: qd̄ etiā nihil est: q̄ etiā  
cōgelant. Ipsi ad delicias: ordo est. Ipsi reges. i. p̄potētes versi ad  
delicias. i. delectatōes & illecebras carnis & ad ocia. i. desidiam  
optāt laudari qd̄ celebrāt. i. oblectamēta sua: de studio veneris  
id est amorib; ipudicis: de scurrilitate. i. inhonesta dicacitate: de  
ganea. i. caupona & gulositate. de segnicie. i. desidia. dicunt em̄  
leges seorsum ab igni (q̄ actiuissimus est) tepidi & ignaui. De  
infamibus actis. s. priuatis: cū gesta sint fere publica. Melius au-  
tē autore Valla acta q̄ actus in hac significatiōe dicim;. Quæ  
castū capitale nefas celebrare poetā. Idē sancte & catholice sen-  
tit in opusculo cōtra ipudice scribētes. vñ explodenda est catul-  
liana sentētia. Nā castū esse decet pium poetā ipm: v̄siculos ni-  
hil necesse est. Qui tum deniq; habent salam & leporē. Si sunt

Manubria

Segnis

h ij

molliculi ac parū pudici. Cui tamē multi gentiliū subscripserūt.  
Vnde ad Voconiiū poetā Adrianus impator. Lasciuus versu  
mēte pudicus eras. Et Oui. de se. Crede mihi mores distāt a car  
mine nostro: Virā verecūda est: musa iocosa mihi. Et Martialis  
de se. Lasciua est nobis pagina: vita proba.

At qui dura manu gesserunt bella potenti

Fortiter vtentes ferro non molliter auro

Dilexere graues musa s; heroica facta

Qui faciunt reges heroica carmina laudāt.

Vt cessere viri fortes; & mascula virtus:

Dicendum altiloqui nihil inuenere poetę:

Occidit ingenium vatum: ruit alta poesis.

At si forte aliquis regum gerit aspera bella

Et decus armorum studijs belloq; parauit:

Nil gentis externū venturaq; secula cūrat

Laude suę gentis fatur; & præsentijs annis

Barbarus est: neq; carmen amat; vel avarus in auro

Mergitur: atq; midæ curis flagrantibus ardet:

Est & apud reges / rudis / inuida / rustica / turba /

Mimus / adulator / læno / assentator / adulter /

Histrion / scurra / quibus virtus odiosa. poetas

Mille modis abigunt: vt quando cadauera coruū

Inuenere: fugant alias volucresq; feraq;.

¶ At qui dura &c. Et particula aduersatiua locū habet vbi cō  
traria nectimus iā dictis. vt dicto de ænea in fine tertij. Factoq;  
hic sine quieuit. subdit de Didone in principio quarti. At regia  
gravi iam dudū saucia cura. Pulchre ornat carmē epithetis. que  
sic cōstruunt. At qui gesserūt potētī manu; dura bella fortiter;  
&c. Dilexere graues musas reges qui faciunt heroica facta lau  
dant heroica carmina. Vt. i. postq; viri fortes cessere. i. e. medio



sublati sunt: quia fortes cedere nesciunt. & mascula. i. virilis virtus. At si forte. bene occurrit argumēto quod iam cuius in promptu est. Nam si heroica gerentes heroicis gaudēt carminibus. quę ras cur ad illos nō abeat: illosq; canat candidus. ad quod respondet raras quidē esse qui heroice viuāt: & si qui sint: eos non habere curā de eterno nomīe Mydæ curis. i. auaricia: qua ductus petijt a dijs vt quicquid cōtingeret aurum fieret. quo impetrato inedia absumptus est. Nam & cibus & potus in aurū versus est. Est & apud reges &c. Alia causa cur apud reges non sit bonus poetis locus. quia illic sunt litterarum & pbitatis hostes: vt pote rudis & rustica turba. cum poete sint pauci vrbani & eruditi. Mimus. i. gestu corporis morū imitator. cum poeta grauis rem more philosophorū seque narret. Adulator. cum poeta sit seuerus: Leno: cum verus poeta sit turpitudinis omīs hostis & expulsor. Assentator: cum poeta sit virtutis laudator. Adulter cū nihil musis sit magis contrariū q̄ adulteriū. Nam quęcūq; poetis aptant casta sūt: vt pierides minerua. daphne: fontes. Hi strio: cum poeta sue dignitati consulat. Quibus. s. oibus vtus odiosa. Poetas mille modis abigūt. quasi a pręda inuēta. vt qn̄ cadauera corui inuenere. Aptior esset similitudo si honesti a rebus honestis abigantur per inhonestos: vt apes a floribus per ataneos.

**Sunt etiam vates quidam sine lege petulci:**

**Qui sine lege aliti sine præceptoribus audent.**

**Quicquid amant reges: & amant infamia solum**

**Scribere. nam vates etiam dementia vexat.**

**Hi se nescio qua mentis leuitate poetas**

**Esse volunt postq̄ triuialibus ora cicutis**

**Applicuere. sibi applaudunt: sua carmina iactant**

**Infulsi/illepidi/indociles/improvidi/inepti/**

**Qui solet his vacuas præbere ambagibus aures.**

**Id vitium commune putat. doctisq; resistit**

**Vatibus a vero indoctus discernere falsum.**

**Candide per superos per olympica numina iuro Syl.**

**h ij**



F Baptista Mantuani

Me tibi (si venti veniant ad vela secundi)  
 Laturum auxiliū meliora in tempora viue.  
 Nec paulisper adhuc mecum sperare recusa.  
 Si mihi sic optas; tibi sit syluane quod optas. Can.  
 Opto equidē: dictūq; fides nō sera sequetur Sylua.  
 Vade malis auibus nunq; rediturus auare: Candi.  
 Et facias subito quicquid tractaueris aurum  
 More midæ; quando virtus tibi vilior auro.

Cicuta

Triuialia

¶ Sunt etiā vates. Docet tertīā causam cur poetis non sit apud reges locus: quæ est, quia multi versicolorū ineptorū factores & turpivitæ homōriones sacrū poetar; nomē indignissime sibi vsurpāt. qđ ægerrime patiū Horatius dicēs in arte. Descriptas seruare vices: operūq; colores Cur ego si nequeo ignoroq; poeta salutor; Petulci. i. petulātes audētes que nō pnt. Nam vates etiā demētia vexat: non quidē graues sed leues & futiles. Triuialibus ora cicūtis. Cicuta est herba fistulosa qua pastores canere solebāt. Maro. Est mihi disparibus septē compacta cicutis Fistula. Idē. Nō tu in triuīs indocte solebas Stridēti miserū stipula dispdere carmen. Vñ triuialia dicunt exodia. i. rustica carmina quæ in cōpitis & triuīs ab indocta rusticorū pūbe in cōpitalibus & ambarualib<sup>9</sup> cantari solebāt. Sibi applaudūt. sibi placētes sua carmīa iactāt existētes insulsi. i. sine salib<sup>9</sup> sermonis illepidi. i. sine lepore ac venustate sermonis. Indociles: quia dediscere nolūt; & ita incorrigibiles. improuidi: quia nō vidēt se ad interitū tendere & alios ducere. inepti. i. amusi & ab oī aptitudine tū verbor; tum factor; abhorrētes. Ambagibus. i. verborum inculcationib<sup>9</sup> cū artem veram nō habeant. id. vitiū cōmune putat. & ita reijcit bonos ppter malos. A vero indoctus. i. nesciēs discernere falsum. Candide per superos. Videns syluan<sup>9</sup> candidū virtutis amatorē verūq; poetā pollicē operam cū iuramento nihil tamen confert in eū. Per olympica id est per cœlestia. nam puerbiale. id est si res prospere mihi succedant; & eueniāt mihi quæ opto. Meliora in tēporaviue. Vir. ranci. i. Durate & vosmet rebus seruate secūdis. Paulisp: p pau



lulū temporis. Fides nō sera. i. nō tarde faciēs quod dixi. Nam  
 fides videt̄ auctore Cicerone dicta eo q̄ fiat dictū: siue q̄ dictū Fides  
 & conuentū est. Candidus aut̄ non contēt̄ pollicitatiōibus im  
 precatur̄ in abeūtem omnia mala dicens. Vade malis auibus.  
 id est malo auspicio. q. d. in rem malam: nūc̄ rediturus auare.  
 hoc aut̄ videt̄ dicere in absentē quasi obmurmurādo. postq̄ se  
 nihil recepturū sperauit. Et facias subito q̄q̄d tractaueris aurū  
 More midæ. de q̄ iā diximus. quādo. i. q̄nquidē virtus tibi vi  
 lior auro sup. est. Cū tamen Horatius in epistolis contradicat:  
 Vilius argentū est auro: y tutibus aurū.

Aegloga Sexta quæ dicit̄ Cornix de disceptatōe Rusti  
 corū & Ciuū. Colloquutores Cornix & Fulica.

**N**ingit hyēs / mugit boreas / a culmiē pēdet **Cor.**  
 n Stīria; depositis bobus requiescit arator  
 Cessit iners; sedet ante focum fumosa neæra;  
 Atq; polenta coquit. prius intolerabilis æstas  
 Nunc laudatur; hyems æstu laudata molesto  
 Displicet. optatum damnat præsentia frigus  
 Omne bonū præsens minus est. sperata videtur **Ful.**  
 Magna velut maius reddit distantia lumen  
 Delicias habet omne suas & gaudia tempus; **Cor.**  
 Aspice vt impexi tritac; in veste ligati  
 Cæde suum pueri exultant. inflatur in vtrem  
 Immissis vesica fabis; sonat & micat acta  
 Nunc pede: nunc cubito; stricto nunc obuia pugno  
 Si cadit attollunt. cursū labor atq; recursum  
 Brumam abigit. glaciale gelu pila rustica vincit.  
 Nos tamen hic melius tepido sub stramine foti  
 Transigimus tempus dum lac coit igne recoctū.

Pauperiē declarat hyems; improuida certe      Full.  
 Turba sumus iuuenes / securi estate vagamur  
 Immemores hyemis; nō ostrū æs tibi cinis omē est.  
 Vt redit e scythia boreas; nidōsq; volucrum  
 Frondibus ostendit nudata cadentibus arbor  
 Frigemus nudi scapulas / dorsum / ilia / plantas;  
 Stulticiam declarat hyems; sapientius vides  
 Congeriē nummū accumulāt; & ad ilia vulpes  
 Melotasq; trahunt; maculosaq; tergora lyncis.

Boreas

Polenta

**N**ingit hyems. Contētio est inter cornicē pastore q̄ partes rusticorum agit: & Fulicā qui vrbanoꝝ de præstātia fortunæ vtrorūq; Occasione cuius multa quali satyricę dicūtur in mores potius ciuū q̄ rusticorū. Vident autē tam cornix q̄ fulica pastore nomina. vterq; em̄ se rusticū p̄fitei & masculino genere noīat. Hyems. i. tempestas pluuiosa & niuosa. Boreas vētus frigidus a septētrionali plaga que frigida ē flans; mugit; mugitū imitat flatu alto. Stiria. i. glacies concreta A culmine: a tecto. Dormit humus. sopiit niue & nō exercetur Pastor tunicatus: quia ociosus. Vñ dictū est a poeta Nud<sup>o</sup> ara fere nudus; hyems ignaua colonis Neq̄a coniūx rustica: fumo sa. quia fere ligna viridia aut male sicca inurūt. Atq; polēta coquit. Oui. qd̄ coxerat ante polenta. Reperit tñ & foemininū: cū hoc solū inter latina primę declinatiōis reperiat neutꝝ. Omne bonū p̄sens minus est. i. minoris estimat. quia nemo contētus sua sorte. Vñ Hora. in principio sermonum. Qui fit mecenas vt nemo quā sibi sortē Seu ratio dederit; seu fors obiecerit illa Cōtētus viuat: laudet diuersa sequētes. Verūtāmē id cōtra vsu venit vbi minime opus: quia bona terrena eo q̄ p̄sentia sūt pl<sup>o</sup> nos delectāt q̄ celestia que futura sperant. Aspice vt ip̄exi. Docet exēplis nō rerū sed animorū esse discrimen. nam pueri nudi etiā in hyeme oblectant varijs vt cæde suū: hoc est porcorū: vt vesicā habeāt. cuius agitatiōe brumale frigus superāt & rustici pilā magnā vento inflatā manibus pedibusq; agitātes glaciāle gelu nō curāt. Pauperiē declarat hyems. i. paupertatē. est tñ iter



dū dānus: vt si quadrupes pauperiē fecisse dicat. Nos iuuenes  
 fumus turba improvida: quia securi estate vagamur. Nostrū  
 æs. i. pecunia nra est tibicinis. s. canētis ad chorēā instituendam  
 Cōgeriē nūmū. i. nūmōꝝ p̄ sincopā. & ad ilia. s. fouēda & co-  
 operiēda trahūt. i. cōtrahūt vulpes. i. pelles vulpinas: & melo- Melote  
 tas. i. pelles ouinas. græcū est melote. tes. Cætera no-  
 ta sunt.

Disipiunt omnes; nec nos in crimine soli **Cornix**

Immo ipsos vexat grauior dementia ciues

Verum illis mater; nobis fortuna nouerca

Nos præmit; infœlix fors est dementia, fac sim

Fortunatus; ero locuples; ero primus in vrbe.

Audiar. assurgent omnes. me vertice nudo

Vulgus adorabit; me plebs; me consulēt omnis

Turba; magistratus etiā; populūq; patresq;.

O cornix cornix non est fortuna; sed ipse **Fulica**

Quo sapiunt homines animus; fortuna potentem

Non facit; immo deus; causam recitabat amyntas.

Est fortuna deus. sed quid recitarit amyntas: **Cornix**

Dic precor in causis erat ingeniosus & acer

Antetamen paulum pecus & præsepia vise.

Vade/redi/calor est post frigora dulcior; ito.

Attingit nix alta genu. vix tecta resistunt **Fulica**

Tanto oneri; sublimis apex in vertice furni

Pyramidē fœcit metaq; assurgit acuta.

Da pecori cordum; stipulisq; foramina claude: **Cor.**

Si paries hiat; & rediens lætaminæ muni

Limina; nulla gregi grauior q̄ frigora pestis.



Iam ne ades: oh quæ nã hæc solito properantia maior:  
Solicitũ me reddit hyems in frigore & igni. Fulica  
Maxima strenuitas sceno recubare calenti:  
Absconditiq; cauro accubitu post frigora dulce est  
Incipe: & enarra discrimina ruris & vrbis.

Demens  
quis

Orare  
Adorare

Fortuna

Pyramis

Cordum

¶ Desipiunt omnes. Id graphice docet in secundo sermonum Horatius. Nec mirũ: quia stultorũ infinitus est numerus. Nos scilicet rustici. vnde se rusticos asserũt. Verum illis mater. id le pide quod Plinius de natura dicit: que nobis nã. alta cõtulit magna & sæua mercede: ita vt nõ sit facile existimare parensne melior an feuior nouerca fuerit. Infelix fors est: id est paupertas & tenuis fortuna est dementia: id est reputatur demens quicumq; pauper. vnde Horatius in epistolis. Hos solos aiũt sapere & bene viuere: quorũ Conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Assurgent: id est reuerentiã & honorem assurgendo impẽdẽt. Vulgus adorabit. i. corporis gestu honorabit. Nam adoramus etiã statuas ac crucem domini: sed oramus tantũ rationẽ habentes & sensum. Consulit. i. consilium poscet. Non est fortuna. Id vere Iuuenalis. sed nos te facimus fortuna deã. Est fortuna deus. Id ex falsa opinione & rustice. Nam cum deã neget nostra fides etiã fortunã deum dicit. Aut id facit poeta q; numina putabant vtriusq; sexus. Vnde de venere æneidos. ij. Descendo ac ducente deo. Et de alecto aut minore eiusdẽ. viij. Nec dextræ deus erranti affuit. Vnde in cypro erat barbatæ veneris simulacrũ. vnde dictũ est. Pollentẽq; deum venerẽ. Videtur autem Cornix dominus aut saltẽ maior q; Fulica: quẽ mittit ad caulas. qui abiturus dicit. Atũngit nix alta genu. In vertice sur ni. vbi minime consistere posse videtur propter ignem quo panis in eo coqui solet. Pyramidẽ: id est cumulũ niuis in pyramidis formã. Est autem pyramis structura ex lapidibus in morẽ ignis ascẽdẽtis: cuius vertex acutus est extructa. quales in ægypto legunt miræ altitudinis fuisse. De quibus Martialis in principio. Barbara pyramidũ fileat miracula memphis. Addit autem Cornix. Da pecori cordum. Id autẽ dicitur scenum quod autumno secatur. sicut corda frumenta vocantur quæ sero maturescunt. Lætamine muni: id est fimo: Iam ne ades. intelligẽ



dum est aliquātulū moræ interfuisse & interea tacuisse cornicē  
Omnia aut̄ facilia sunt q̄ vt expositiōis egeant.

Hoc igitur tantum ruris discrimen & vrbis Fulica

Taliter exortum noster recitabat amyntas.

Principio rerum primaq̄ ab origine mundi

Cum muliere marem sociali foedere iūgens

Cœli opifex (sic namq̄ deum appellabat amyntas)

Nomen adhuc teneo natos producere iussit;

Atq̄ modum docuit fieri quo pignora possent.

Accinxere operi; mandata fideliter implent.

Sicq̄ vtinam de pomi esu seruata fuissent.

Fœmina fit mater; puerum parit atq̄ puellam.

Atq̄ puerperio simili fœcunda quotannis

Auxit in immensum generis primordia nostri.

Post tria lustra deus redijt, dum pignora pectit

Fœmina prospiciens vententem a limine vidit.

Adam aberat securus oues pascebat, adulter;

Nullus adhuc suspectus erat; sed multiplicatis

Connubijs fraudata fides, sine cornibus hirci

Facti; & zelotypo coniunx suspecta marito.

Nam quæ quisq̄ facit / fieri sibi furta veretur.

Erubuit mater; nimiaq̄ libidinis ingens

Indicium rara tot natos / abscondere quosdam

Accelerat, fœno sepelit; paleisq̄ recondit.

Iamq̄ lares deus ingressus saluere penates

F Baptista Mantuani.

Iussit; & huc dixit mulier tua pignora profer:  
 Fœmina maiores natu procedere mandat.  
 His deus arrisit; velut arridere solemus  
 Exiguus auium pullis / paruifue catellis.  
 Et primo lætatus ait; cape regia sceptrā/  
 Rex eris; at ferrum & bellī dedit arma secundo.  
 Et dux inquit eris. fascēs populicę secures  
 Protulit; & vites; & pila insignia romæ.  
 Iamq; magistratus celebres partitus in omnem  
 Progeniem; humanos tacitus voluebat honores.  
 Interea mater rebus gauisa secundis.  
 Euolat ad caulas; & quos absconderat; vltro  
 Protulit / hæc dicens nostrī quoq; pignora ventris:  
 Hos aliquo pater omnipotens dignabere dono.  
 Setosum albebat paleis caput; heferat armis  
 Stramen; & antiquis quæ pendet aranea tectis.  
 Non arrisit eis; sed tristi turbidus ore  
 Vos fœnum / terram / & stipulas deus inquit oletis  
 Vester erit vomer / iuga vestra / agrestia vestra  
 Omnia; aratores eritis; pecorumq; magistri.  
 Fœnifecæ solifossore; nautæ atq; bubulci.  
 Sed tamen ex vobis quosdam donabimus vrbe:  
 Qui sint factores / lanij / lixæ / artocopię.  
 Et genus hoc alij soliti sordescere semper  
 Sudare; & toto seruire prioribus æuo.  
 Taliter omnipotens fatus repetiuit olympum.



Sic factum est seruire genus, sic ruris & vrbis  
Inductum discrimen ait mantous amyntas.

Hoc igitur &c. Apologo rusticano discrimē vrbanoꝝ & ru-  
sticorū cōmemorat a deo factū: sicut & mercedū nōnulli sic di-  
cunt institutā differētā. Nā cum mechanici a deo quātū merce-  
dis exigerēt exquisissent: assignassetq; furoribus: crepidarijs &  
pluribus alijs quotidiana mercede cōducēdis denarios binos:  
latomis autē & fabris lignarijs ac carpētarijs senos: disquesiueſt  
prios quantū possessionis ex tantilla mercede compararēt: re-  
spondit quantū satis esset ip̄is & liberis: quotānis iugerum. At  
reliquis quantū cōpararent petētibus respondit quotidie tan-  
tum terræ posse cōparare quantam per crura retrorsum bipen-  
nīm p̄icerent. conati autē præ auaricia in longū p̄icere, in po-  
dicem proiecerūt: in quē fere magnæ mercedes nūc quoq; p̄i-  
ciuntur. Preterea dicunt ranas & fimeas sic effectas: cū mulier-  
cula (sit æua aut alia) nimis fœcunda vereret venienti deo om̄is  
liberos p̄dere. oculuit quosdā ī furno: & quosdā sub vase eli-  
xorio. Reliquis autē beneficio donatis & negantē plures habe-  
re iussit deus qui in furno essent in simias cōverti: qui sub vase  
in ranas ac bufones. Talē igitur apologū ac fabellā anilem hic  
prosequit autor. Modū docuit: dicens crescite & multiplicam̄  
per coitum scilicet. Accinxere sup. se operi. i. operā dederūt dili-  
genter liberis p̄creandis. Mandata fideliter implēt. Locūda nar-  
ratio. quia hodie quoq; ad illud præceptū plus æquo inclina-  
mur. Post tria lustra. i. q̄ndecim annos. Nemo autē sit mihi tā  
ineptus vt hystoriā putet a poeta narrari: hirci sine cornibus. i.  
fœtidi adulteri. Nā quæ quisq; &c. p̄uerbialiter & disertius q̄  
illud. Qui fuit in furno sociū sibi quærit in illo. Saluere pena-  
tes. i. familiares & oēs in domo habitātes. Tua pignora. i. na-  
tos. Nā pignora natoꝝ dicunt pignora rerū. his deus arrisit. i.  
ānuī & blandus atq; affabilis fuit. Carellis: canis fœtui. Et pri-  
mo. s. oim. vñ ad primogenituræ iura alludit Falces. qui erant  
ex virgins in qbus securis erat colligata: ferebant a licitoribꝝ post Falces  
eos magistratus q in corpus & sanguinē aiaduertere poterant.  
Securis a secādo dicta q̄ intersecat vt collū nocentiū. & vites q  
bus centuriones & ceteri duces milites cædebāt: Nā ex vite erat  
is baculus nō ex alia arbore: ne sequiores haberent saltē in cōci-  
Pignora  
Falces  
Securis  
Vitis

F Baptista Mantuanus.

Pila

Pastinū

Ligo

Fartores

Lanij

Artocopi

Mantous

ues. nā alios virgis cædere licebat. Iuue. saty. viij. Nodosā post  
hec frangebat v̄tice vitē Si lētus pigra muniret castra dolabra  
Et pila que sunt romanorū tela. Lucanus. Signa pares aquilæ:  
& pila minātia pilis. Hæserat armis. i. humeris. Stimulus quo  
boues instigant. Ligo: instrumentū rusticorū vt pastinū quod  
bifurcū est ferramentū quo pastinatio & repastinatio vinearum  
fit. Foenifecæ. i. secātes fœnū. Persius. Foenifecæ pingui vitiarūt  
vnguine pulles. Solifossiles: fodietes terrā. Est aut vna ps. nā  
si duæ essent soli secūdā pduceret: quā cōposita corripit in me  
dñs syllabis: dūmō etiā ntō I habēt. vt foenifeca: solifossor. qd  
dico: quia quātūcūq; a ntō quātūscūq; aut quātūcūq; pducit.  
vt q̄licuncq; a q̄liscuncq;. Fartores q̄ farsumen faciūt. lanij. i. car/  
nifices. lixæ: aquā ferētes. Artocopi: panifices aut panē inciden  
tes. Et genus hoc alij. sicut dicim⁹ id genus p eius generis: sic po  
nit hoc genus p huius generis: Mantous. i. mātuanus: sed mā/  
tous dicit a manto nympa m̄e ocnī q̄ mantūā a m̄e denoia  
uit. de quo Maro. Fatidicæ mantus & tusci fili⁹ amnis. Amyn  
tas aut is est de quo in amynta visum est.

Mirabar si quid recti dixisset amyntas.

Cornix

Ciuis erat: semper nobis vrbana iuuentus

Cui nihil est præter stulta hæc cōmenta /negoci/

Ludit: in agrestes semper iaculantur: & vrbis

Talia garrulitas & vaniloquētia fingit.

At neq; de superis pudet has componere nugas.

Iste focus manifesta gerit conuicia secum.

Sed tu tam rudis es: tam pleno inflatus omaso:

Vt neq; perpendas isto te scōmate carpi.

Nos quoq; paulisper mentē extendamus ad vrbis

Stulticiam: ne forte putes sapientius illos

Viuerē: qui splendēt auro: qui murice fulgent.

His oculis vidi tunicis plerosq; superbis

Vestiri: atq; foro regali incedere gressu

Quos secreta fames premit atq; domestica ægestas.



Stultius his certe nihil est: opulentia ficta/  
 Paupertas & segnicies: & inertia vita

Vera: quid est aliud quā desipientia vera?

Vidi etiam patres (o rem indignam atque nefandam)

Dum segnes dormire volunt: & vivere laute:

Prostitit ille suas vulgo cum coniuge natas.

Quid peius: quid perfidius: quid stultius unquam?

Quid si vitam alio nequeunt traducere pacto? Fulica;

Cum totidem quot nos habeant animasque manusque: Cor,

Dic cur vitam alio nequeant traducere pacto.

Mirabar si quid recti dixisset amyntas. q. d. Iuuenis ille infans amore & rusticis odio hñs. Cui nihil negocij p negocij. i. ociosa: iuuere. i. multitudo iuuenū vrbanoꝝ. Cōiicia cōtūmelia Omalo. i. intestino pingui tarditate ingenio afferenti. vt Hora. & Omalo Persius attestant. Isto scōmate. i. irrisorio dictorio. Te q rusticus es carpi. i. rephedi. Nos qz. i. vicissim. Qui murice. i. purpura: Scōma prostituisse. i. ad turpē quæstū in lupanarib⁹ & pstitulis statuisse qsi p forib⁹ vbi luxuria pditos expectat. Quid sup. dicas aut prostituere quid faciāt. & est inanis desidiosorū purgatio quā vt refellatur affert. Vñ dicit cornix. Habet ciues vrbani man⁹ & pedes vt nos cur nō quærit sibi victū laboribus & parsimonia vt nos.

Est etiam cuius vecors industria vanas

Quærat opes: vbi nullus opes inuenit ab æuo.

Aes lauat herbarū succis: & vertere in aurum

Aestimatur: ac nigra semper fuligine pallet.

Est qui dum tellure latens desiderat aurum

Dat magicis operam studijs: & tempora perdit.

Quid leuius: quid futilius: quid inanius unquam?

Omnia ne veniant ad opus telluris & agri:

Omnia pertentat vt agant nihil: omnia versant.

F Baptista Mantuani:

Semper agunt; nunq̄ peragūt. ex fœnore victum  
Infamē extorquent vi/fraude/dolisq; laborant.  
Mille vijs opibus; mille insidiantur honori.  
Nōs capras & oues; armentaq; pascimus; illi  
Accipitres/catulos & equos & cercopithecōs.  
Rusticus est ouium pastor; volucrumq; canumq;  
Ciuīs. vtrum melius te iudice nobiliusq;  
O fulica. vtilitas vnde atq; opulentia maior?  
Si venit ex nostris operis opulentia maior: Fulica  
Ciuibus vnde igitur tantarum copia rerum?  
Ex vi/fraude/dolis/vi/fraude/dolisq; laborant. Cor.  
Nōne vides insane: vt nos crudeliter vrgent?  
Quo capiunt astu; nos irretire loquendo  
Sacrum offerre putant; & opus sublimē; piumq;  
Huc aures oculosq; adigunt; huc ora manusq;.

Alkimia

¶ Est etiā. Affert alia vrbanoꝝ vitia & fere opposita segniciei;  
dicēs. Est etiā supple ciuis: cuius vecors. i. peruersi cordis indu/  
stria quærit opes vanas. i. vltra q̄ satis sit & nō iusta ratione: vt  
qui p̄ artē vt dicūt alkimia. i. adiuuaminis adiuuādo naturam  
sperant æs aut argentū vertere in aurū. qua via nullus inquit:  
hactenus inuenit opes: certū est multos inuenisse pauperiē: dī/  
cunt tamē eius rei studiosi inuētos qui ad intētū puenerint. Fu/  
ligrine nigra. quia vapore fumeo: sed quomodo pallet: nisi hoc  
ad anxietatē referamus nō constet. Est qui &c. Alius error eo/  
rum qui magicis artibus & characteribus nescio qbus sperant  
posse inuenire thesauros absconditos. Omnia neueniūt ad opus  
telluris & agri omnia inquā pertentāt. i. omnia experiunt ne fi/  
ant agricolæ: quo nihil honestius nec iustus. Semper agūt: nū/  
q̄ peragunt. id est: perficiunt nihil eorū quæ inceptant: Ex fœ/  
nore. i. vfura. Accipitres aues ad prædā: catulos ad venationē.  
& equos ad venandū. aut auibus aut canib⁹ cercopithecōs. i.



caudatas fimeas. Nam dicitur cauda  
 simius aut simia. Sunt ergo quos cattos marinos quidā vocāt  
 capite (vō dicit Plinius) subnigro & pilo asinino, quibus defor  
 miras decori est: suntq; ob catum ingenium diuitibus ī delicijs  
 Cuius est pastor volucrū & canum: quia eos pascit. Quo astu  
 id est qua calliditate ab astū. i. ab vrbe vbi astutiores sunt. Irre  
 tire. i. in laqueos & retia illigare: hoc est circūuenire & decipere **Irretire**  
 verbis putant sacrum offerre. i. arbitrātur se obsequiū præsta  
 re deo quando nos decipiunt. Huc id est ad hanc operā vt nos  
 decipiant. Adigunt. i. applicant ora. i. omnia quæ dicūt; & ma  
 nus. i. omnia quæ faciūt.

Vnde vrbanaŕum tibi tanta peritiā rerum? **Fulica**  
 Hæc didici: quondā ductis in mœnia capris **Cornix**  
 Cum lac vociferans ibam venale per vrbem,  
 Mansi apud artocopū, sapiens & ad omnia promptus  
 Furta erat: & crudum ferro subradere panem;  
 Ipse vt erat mores vrbis doctissimus, ista  
 Tradidit affirmans nihil esse nocentius vrbe,  
 Se quoq; furari didicisse aiebat ab vrbe.  
 Sunt etiā qui parta ab auis patrimonia fundunt  
 In meretricū vsus, quid foediŕus improbiusq;  
 Dic vbi mechandi ars / homicidia / seditiōes;  
 Nōne inter ciues atq; intra mœnia regnant;  
 Qui reges qui regna hominū per vulnera quærūt  
 In mortēq; suos adigunt; quid pectora miles  
 Obiciens telis: per mille pericula vadens;  
 Pro stipe dat vitam: nulla est insania maior,  
 Gloria præfertur vitæ, quid gloria? quid laus?  
Quid fama est; quid honor; voces & opinio vulgi.

Omnia longa dies abolet: cum viuere cessas:

Omnia sic abeunt: vt lux cum sole recedit.

Qui mare sollicitant remis: cum viuere possint

In patria: stulti, vento qui credit & vndis:

Stultus, diuitiæ cui sunt: & negligit vti

Stultus, qui vt natis cumulet patrimonîa: partîs

Abstinet: & genium fraudat stultissimus: & qui

Quæ facere ipse potest: natis faciunda relinquît.

**A**rtocopus Vnde vrbanoꝝ. Bona interrogatio: vt decor: seruet & ve-  
 risimilis narratio. Artocopũ vt videtur accipit p panifice: seu  
 (vt dicitur) pistore: qui græce dicitur .i. artocopos. quia dicitur panis: & facio. sed artocopos  
 dicitur quasi labor panis. nam copos labor dicitur: sed accipit p  
 laborante. Iuuenalis autẽ videtur accipere p pane: dicens satyra  
 quinta. Salua sit artocopi reuerẽtia. vbi tamen pro pistore acci-  
 pi potest: vt sic maneat discretio panis qualẽ artocopus fecerit:  
 & ita obseruando eius iussum sit ei reuerẽtia. sed ad poetã nãm  
 Ipse vt erat mores vrbis doctissimus. Hoc exemplo cõuincere  
 possumus participia cõparari. Nam si nomen sit doctissimus:  
 nõ reget accusatiuũ. quocirca ego quidẽ morũ potius dicerẽ  
 Hic tamen versus docet mores legendũ. Neq; tamen omĩno in  
